precipiendo mandamus, quatinus vos taliter preparetis quod a presenti dominice incarnationis millesimo ducentesimo tertio decimo anno usque ad duos annos et dimidium prefixis vobis pro termino kalendas novembris, nostro vos conspectui presentetis cum modestia et cautela, ita quod in vestra provintia unus vel duo de suffraganeis valeant episcopis remanere pro christianitatis misteris exercendis; et tam illi quam alii qui canonica forte prepeditione detenti personaliter venire nequiverint, idoneos per se dirigant responsales, personarum et evectonum mediocritate servata, quam Lateranense concilium diffinivit, ut nullus omnino plures, quivis autem pauciores adducere secum possit nec quisquam superfluas faciat et pomposas, sed necessarias tantum et moderatas expensas ostendendo se actu et habitu verum Christi cultorem, cum non secularis applausus, sed spiritualis profectus in hoc sit negotio requirendus. Iniugantis autem vos, fratres archiepiscopi et episcopi, ex parte nostra universis ecclesiarum capitulis non solum cathedralium sed etiam aliarum ut prepositos vel decanum aut alios viros idoneos ad concilium pro se mittant, cum nonnulla sint in ipso tractanda que specialiter ad ecclesiarum capitula pertinebunt; interim vero et per vos ipsos et per alios viros prudentes universa subtiliter inquiratis, que correctionis aut reformationis studio indigere videntur et ea fideliter conscribentes ad sacri concilii perferatis examen; circa subventionem necessariam Terre sancte, ubi Deus rex noster ante secula salutem in medio terre dignatus est operari, opem et operam efficaciter impensuri, assistendo fideliter et prudenter hiis, quos deputavimus ad hoc negotium specialiter procurandum; nullus itaque se fallaciter excusando ab excusatione tam sancte operis subtrahatur, si canonicam vult effugere ultionem; nemo dissensionum obstacula vel itinerum impedimenta causetur, que, Domino faciente signum in bonum ex magna iam parte cessare ceperunt, nam et quanto imminent maiora pericula tanto potiora remedia convenit adhiberi; nunquam enim navigabit per equora, qui semper expectat, ut mare non concitet ex se fluctus. Datum Laterani, XIII kalendas maii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

1. In eundem modum archiepiscopis, episcopis, abbatibus [et] prioribus per Toletanam [provintiam constitutis].

2. In eundem modum archiepiscopis, episcopis, abbatibus [et] prioribus per Bracharensem [provintiam constitutis].

3. In eundem modum archiepiscopis, episcopis, abbatibus [et] prioribus per Compostelanam [provintiam constitutis].

4. In eundem modum [Petro] Aragonum, [Sancio] Navarre, [Alfonso] Castelle, [Alfonso] Legionensi, [Alfonso] Portugalensi, regibus, ita quod cuilibet per se.

1213 abril, 19-29. Letrán

1498

Inocencio III promulga la bula «Quia maior» y otras similares con el fin de iniciar la predicación en toda la cristiandad (excepto probablemente España y el Imperio Latino de Constantinopla) de una nueva cruzada de Tierra Santa²⁵⁰⁰.

²⁵⁰⁰ SMITH observa en su contenido una clara referencia al triunfo cristiano en la batalla de Las Navas de Tolosa: *Confidimus tamen in Domino, qui iam fecit nobiscum signum in bonum, quod finis huius bestie appropinquat, cuius numerus secundum Apocalypsum Joannis intra sexcenta sexaginta clauditur, ex quibus iam pene sexcenti sunt completi* (Innocent III, p. 114, n. 31).

a. Ed. *PL*, 216, cols. 817-822, 822-823, 830, 830-831 y 831-832.

Reg.: POTTHAST, n.º 4.709, 4.710, 4.711, 4.718, 4.719, 4.720, 4.721, 4.725 y 4.727.

Cit.: POWELL, J., *Anatomy of a Crusade, 1213-1221*, Philadelphia, 1986, p. 17 y ss²⁵⁰¹. MESCHINI, *Innocenzo III*, p. 207. SMITH, *Innocent III*, pp. 114 y 131-132.

1213 abril, 20. [Roma]

1499

María de Montpellier, reina de Aragón y señora de Montpellier, dispone su tercer testamento.

B. Copia primera mitad s. XIII, AM Montpellier, *Grand Thalamus*, AA4-2Mi78, n.º 624, fol. 6 repetido, art. 15.

C. Copia s. XIII, AM Montpellier, *Livre Noir*, AA7-2Mi79, n.º 1.145, fol. 23r.

a. Pub. ACHERY, *Spicilegium*, III, pp. 576-577.

b. *Reg.* y ed. fragmentaria MIRET, «Itinerario», IV, pp. 96-97.

c. Trad. fr. fragmentaria ROUQUETTE, *Marie de Montpellier*, pp. 75-76.

d. Trad. de b, VARA, *El Lunes de Las Navas*, pp. 47-48.

e. Ed. FERRER y RIU, *Tractats i negociacions*, n.º 168, pp. 499-501 (*ex AN*, J 343, n.º 4).

Reg.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: HGL, VI, pp. 414-415. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 646 y 648. LACARRA y GONZÁLEZ ANTÓN, «Les testaments», pp. 115-116, reed. esp. pp. 682-686. AURELL, *Les noces*, pp. 440 y 459. SMITH, *Innocent III*, pp. 129 y 145.

(B-a) In nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo tertio decimo, Pontificatus Innocentii Pape tertii anno decimo sexto, mense Aprilis, die vigesimo, indictione prima. Ego MARIA Regina Aragonum et domina Montis Pessulani, quamvis egra corpore, mense sana, nolens decedere intestata, nuncupativum, quod sine scriptis dicitur, facio Testamentum in quo mihi Jacobum filium Regis Aragonum et meum mihi omnium bonorum meorum mobilium et immobilium heredem instituo, ita tamen quod si forte, quod absit, idem filius meus obierit sine prole, due filie mee Mathildis scilicet et Perona, quas suscepi de Comite Convenarum, heredes in omnibus meis bonis succedant, et simili modo earum alteram decedente, altera vicissim alteri hereditario jure succedat. Statuens firmiter atque precipiens ut Testamentum quod in partibus meis feci ultimo ante istud, quod est sigillo idoneorum virorum solemniter consignatum, in omnibus obtineat firmitatem, exceptis illis que in hoc Testamento ultimo commutantur. Ideo autem mihi apud Basilicam Beati Petri Apostolorum Principis meam eligo sepulturam, volens, mandans atque statuens ut omnia debita qua inveniundo Apostolicam sedem et ibidem morando contraxi, adhuc pro familie mee reditu et sepulture mee exequiis contrahentur, primitus omnia persolvantur. Deide vero legata omnia secundum tenorem subscriptum distribui precipio et expendi: in primis Basilice Beati Petri Principis Apostolorum lego viginti quinque libras pro officio funeris mei et exequiis sepulture lego, secundum providentiam Camerarii domini Pape, libras triginti Provinciales; Basilice Beati Joannis Lateranensis viginti quinque libras; Basilice Beate Marie Majoris unum cali-

²⁵⁰¹ Es POWELL quien hace alusión a estas excepciones.

cem duarum marcarum; Basilice Beati Pauli unum calicem duarum marcarum. Preterea Monasterio Sancti Salvatoris de Anianam lego quiddid habeo vel habere debeo in piscariis castri de Frontiniano et in pertinentiis suis, quas piscarias bone memorie Comes de Montepessulano pater meus ab eodem Monasterio tenuit et possidit. Preterea Castrum de Miraval cum omnibus pertinentiis suis Monasterio Sancti Felicis de Monte favo dimitto, reservato tamen usufructu et pleno dominio eius domine Clementie amite mee omnibus diebus vite sue; Fissendie²⁵⁰² Camerarie mee lego viginti quinque libras in Ergeron-monte²⁵⁰³, preter id quod eidem in alio testamento dimisi, et capam meam guasnaciam, pallium et tunicam, et pelliciam novam scarlateam et mantellum, et guasnaciam de viridi panno; Guillelme mulieri servienti mee guasnaciam de bruneto, et aliam pelliciam de scarleto, et victum in domo meam ipsam habere volo prout pater meus illi concesserat; Orderico Bononiensi pro recompensatione servitii sui volo et mando dari quinquaginta libras Turonenses; Advocato cause mee triginta libras Provinciales; Magistro Obicioni decem libras; Magistro Thome quinque libras; Magistro Guillelmo correctori unam marcam argenti. Preterea Mergoto valletto meo, cum his que sibi in alio Testamento legavi, dimitto libras quinquaginta; Michaeli famulo meo decem libras, preter id quod in alio Testamento dimisi. Magistro Theobaldo medico meo viginti libras; Caponi confessori meo decem libras; Bernardo de Lancen tres libras. Hec autem omnia et alia, que in alio Testamento ultimo condito ante istud in partibus meis non sunt per istud expresse mutata, jure Testamenti vel Codicillorum vel favore ultime voluntatis, rata et firma perpetuo esse volo. Ad ultimum vero volo et statuo, et sanctissimus pater Innocentius Summus Pontifex liberam habeat potestatem mutandi, addendi, minuendi et ordinandi de hoc Testamento pro sue beneplacito voluntatis, sub cuius et Ecclesie Romane protectione, defensione atque tutelam prefatum filium meum et filias meas, et omnia bona et familiam dimitto.

Actum est hoc in presentiam subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum, scilicet Magistri Joannis Castellomate medici Domini Pape; Magistri Raynerii Domini Pape [...]; et familiaris: Magistri Benedicti, domini Stephani Camerarii, Capellani Abbatis Monasterii Anianensis, Guarini Monachi Anianensis, Magistri Theobaldi medici, Guidaldi Capellani predictae Regine, et Raymundi Erram, et plurium aliorum.

1213 abril, 20-21. Roma

1500

Muerte de Maria de Montpellier, reina de Aragón.

Cronicó de Perpinyà, «Testimonios», n.º 6, p. 14.

Chronicon Dertusense I, «Testimonios», n.º 12, p. 26.

Crónica de Besièrs I, «Testimonios», n.º 205, p. 83.

Cit.: HGL, 3.^a ed. VI, pp. 414-415. MIRET, «Itinerario», IV, p. 97. ROUQUETTE, *Marie de Montpellier*, pp. 71-77, esp. p. 75. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 646. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 196. PÉCOUT, *Raymond Bérenger V*, pp. 115-116.

²⁵⁰² Ricsendie.

²⁵⁰³ ¿Monterbedon?

1213 abril, 22. Barcelona

1501

Ferrer, notario real, ordena bular el documento por el que Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, había confirmado unas «costums antics» relativas a los molinos de la ciudad de Barcelona (11 octubre 1211).

«Documentos», n.º 1207.

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 33.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hanc cartam mandato ipsius bullari feci apud Barchinone .X.º kalendas may Anno Domini M.CC.º. Tertio decimo, subscibo.

1213 abril, 27. Barcelona

1502

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, da licencia al obispo Berenguer (de Palou) de Barcelona y a su Iglesia para comprar las lezdas, censos, etc. que Guillem de Mediona y su mujer Saurina de Castellet tienen en Barcelona, dentro de los límites que se indican.

A. ADB, Mensa Episcopal, tít. VI, n.º 5.

B. Copia primera mitad s. XIII, ACB, *Liber Antiquitatum*, I, n.º 523, fols. 193v-194r.

C. Regesta, ADB, Mensa Episcopal, CAMPILLO, *Resumen*, fol. 27v (data 28).

D. Regesta, ADB, Mensa Episcopal, CAMPILLO, *Resumen*, fol. 79 (data 28).

E. Transcr. de B, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CXCV (data 28).

b. Ed. de A, PARDO, *Mensa episcopal de Barcelona*, n.º 61, pp. 92-93 (data 28).

c. Ed. fragmentaria ORTÍ, *Renda i fiscalitat*, p. 449, n. 1097.

Reg.: MAS, *Notes historiques*, IX, n.º 2.534, p. 206. IBARRA, *Estudio*, I, n.º 457 (de B, data 28)

Cit.: IBARRA, «Nuevas aportaciones», p. 80 (data 18 abril). BISSON, *FA*, I, p. 256. ORTÍ, *Renda i fiscalitat*, pp. 449 y 473, n. 1179. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 134 (de B). ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 33.

(b) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, pie, salubriter et mercediter attendentes quod quicquid in utilitatem ecclesiarum impenditur Deo indubitanter impenditur et ad promerenda regna celestia suffragatur, cum constet ea nobis ab clericis Dei suffragia provenire que ad salutem commune omnium, non est dubium pertinere, idcirco, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros damus, concedimus et laudamus vobis dilecto nostro dompno Berengario, venerabili Barchinone episcopo, et successoribus vestris et per vos Ecclesie Barchinonensi plenam licentiam et liberam facultatem emendi et acquirendi et vestris et Ecclesie Barchinonensi perpetuus usibus applicandi quibuslibet modis, leudas, census, usaticos et omnes consuetudines, tam terre quam maris, et omnia alia que in domibus et platheis Guillelmus de Mediona et Saurina de Castelleto, uxor eius, per nos habent aut tenent et possident, aliquo iure, vel eis competunt aut competere debent ullo modo in Barchinona et terminis suis, et a flumine Lubricati usque in flumine Bidotii et a Colle de Cerola usque ad centum miliaria infra mare, ita quod hec omnia et singula habeatis et possideatis plenarie et potenter et sine omni diminutione et contradictione in pace pro vero perpetuo alodio, francho, libero et immuni ad omnes voluntates vestras in perpetuo faciendas, libere et quiete, sine omni nostro

nostrorumque retentu et sine aliquo servitio quod inde nobis vel nostris vel alicui alii persone non teneamini facere unquam, et sine vinculo questione et placito que per nos vel per aliquam interpositam personam contra vos et successores vestros aut Barchinonensem Ecclesiam nunquam moveamus aut moveri ab aliquo permittamus, et sicut melius et plenius dici intelligi vel excogitari potest, ad communem prefectum vestrum et Ecclesie vestre per secula cuncta. Preterea, libentes et voluntarie absolvimus et in perpetuum liberamus dictos Guillelmum de Mediona et Saurinam, uxorem eius, ex quo predicta vobis ab eis vendita fuerint, ab omni homagio ac servitio et fidelitate que nobis pro predictis facere tenebantur, plenam eis licentiam concedentes hec vobis dandi et libere distrahendi. Scienter autem quod hoc que vobis concedimus emenda et acquirenda quibuscumque modis poteritis a Guillelmo de Mediona et uxore eius, Saurina, infra terminos supradictos, recognoscimus nos, per vos et Barchinonensem Ecclesiam, habere et tenere in feudum.

Datum Barchinone, V kalendas madii, per manum Ferrarii notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, Anno Dominice incarnationis M.^oCC.^o terciodecimo.

Sig[*signo*]num Petri Dei gratia regis Aragonis et comitis Barchinone.

Testes huius rei sunt: Hugo comes Impuriarum. Guillelmus vicecomes Cardone. Raimundus de Montecatano. Dompnus Nunius Sancii. Hugo de Turre Rubia. Guillelmus de Cervaria. Raimundus Gaucerandi de Pinos. Michael de Lusía²⁵⁰⁴. Hugo de Mataplana. Guillelmus Raimundi senescalcus. Raimundus de Palatio. Arnaldus Palacini. Hugo de Aznava. Guillelmus de Cervilione. Raimundus de Castro Veteri.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi fecit mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 mayo, 5. Lleida

1503

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma al monasterio de Poblet los diezmos de Menargis que le había dejado en testamento el conde Ermengol VIII de Urgell.

- A. AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.^o 7.
- B. Copia s. XIII, AHN, Cód. 992-B: Cartulario *Mulassa* o Becerro de Poblet, n.^o LXIII, fol. 16v.
- C. Transcr. de A, IBARRA, *Estudio*, II, n.^o CXCVI.

Noticia s. XVIII, AHN, Cód. 1385-B: *Especulo de Poblet*, «Menargues», n.^o 6, fol. 319v.

Reg.: IBARRA, *Estudio*, I, n.^o 458 (de A).

Cit.: SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 34.

(A) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonensis et Comes Barchinone, attendentes quod ea que a viris locis religiosos pro salute animarum da/ta sunt et dimissa nos perpetua confirmatione confirmari tenemur, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros damus et cum hoc presenti privilegio perpetuo du/raturo concedimus et con-

²⁵⁰⁴ Busia, *b*.

firmamus Domino Deo et Monasterio Populetensi et vobis dilecto nostro fratri Petro abbati et conventui eiusdem presentibus et futuris in perpetuum omnes decimas de Me/nargis et terminorum eius quemadmodum eas habetis et habere debetis ex laxatione eius reliccione Ermengaudi felicis recordationis Comitis Urgellensis, et sicut melius et plenius conti/netur in testamento Comitis eiusdem. Habeatis inquam omnes decimas illas et colligatis et percipiatis integre et sine omni detentu nostro et alterius cuiuslibet persone contradictione et / diminutione in pace per secula cuncta. Mandamus ergo firmiter precipientes omnibus et singulis hominibus de Menargis et terminorum eius presentibus et futuris quod fideliter et integre et / sine aliqua diminutione in pace vobis predictis et Monasterio vestro Populetensi donent omnes decimas illas et tradant plenarie ac devote. Datum Ylerde, nonas Mayy, per / manum Ferrarii notarii nostri et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, Anno ab Incarnatione Domini M.CC. terciodecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis.

[1.^a Col.] Huius rei testes sunt: Nunus Sancii. Eximinus Cornelii.

[2.^a Col.] Michael de Lusia. Arnaldus de Palacini. Arnaldus de Alascone.

[3.^a Col.] Guillemus de Montecatano. Raimundus de Ripellis. Gombaldus de Ripellis.

[4.^a Col.] Petrus Balbi. Poncius de Castilione. Petrus de Sala.

Sig[*signo*]num Berengarii de Parietibus, qui mandato domini Regis et Ferrarii notarii sui hoc scripsit loco, die et anno prefixis.

1213 mayo, 8

1504

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, paga los gastos de la compra de un caballo para un monje cisterciense que ha actuado durante 24 días (14 abril-8 mayo) en la corte Plantagenet como enviado del rey de Aragón.

Misae Roll, 14 John.

a. Ed. COLE, *Documents*, p. 262.

b. Cit. y ed. fragmentaria GUÉBIN y LYON, *Hystoria Albigensis*, II, pp. 113-114, n. 5.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 679. VINCENT, «A Roll of Knights Summoned to Campaign in 1213», p. 92, n. 16. TAYLOR, «Pope Innocent III», pp. 209 y 220. SMITH, *Innocent III*, p. 130.

Die Mercuri proxima ibidem in experire equi Grisii Monachi, qui venit in nuncium regis Arragonum ad dominum regem per .XXIII^{or}. dies.

1213 mayo, 8

1505

Dalmau²⁵⁰⁵ y Guillem de Creixell reconocen sus deudas con Pere, abad de Sant Joan de Ripoll (de les Abadesses), del que reciben especies de distinto género por un valor de 94 libras y

²⁵⁰⁵ Debe de tratarse de Dalmau (II), aunque BISSON no hace distinción alguna entre el personaje anterior y posterior a 1212.

8 s. barceloneses de nueva moneda y, renunciando entre otras cosas al dinero no pagado, le autorizan a recuperar su dinero de los primeros recibos del bovaje y del monedaje.

A. AMSJA, Pergaminos s. XIII.

a. Ed. BISSON, «Sur les origines du monedatge», n.º 4, pp. 102-104, reed. *Medieval France*, 17, n.º 4, pp. 336-338²⁵⁰⁶.

Cit.: BISSON, «Sur les origines du monedatge», pp. 97-98, reed. *Medieval France*, 17, pp. 331-332. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 684. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 193-195.

1213 mayo, 13

1506

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, con el fin de evitar una invasión francesa, se somete al legado del Papa Inocencio III y presta homenaje a la Santa Sede.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 680. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 190.

1213 mayo, 21. Letrán²⁵⁰⁷

1507

Inocencio III comunica al rey de Aragón Pedro el Católico la revocación de la orden de detención de la cruzada contra los herejes establecida en enero, ordenándole dejar a su suerte a los nobles provenzales acusados de herejía y establecer una tregua firme con Simon de Montfort si no quiere atenerse a graves consecuencias. Con todo, accede a enviar al nuevo legado apostólico que le había solicitado.

B. Copia coetánea, AV, Reg. Vat. 8, fol. 149, n.º 49.

C. Copia de 1213-1218, PVC, §§ 401-411.

D. Copia s. XVI, *cum initio: Attendens quod iuxta*, AV, Cod. Reg. lat. 385, fol. 65.

E. Copia s. XVII, AV, arm. XXXI, n.º 6, fol. 333.

F. Copia, AV, arm. XXXI, I, n.º 7, fol. 167.

a. Ed. BALUZE, *Epistolarium Innocentii III*, II, 770.

b. Ed. BOSQUET, *Innocentii III*, 582, n.º 48.

c. Ed. DUCHESNE, *Historia Francorum*, 5, 630.

d. Ed. fragmentaria RAINALDO, *Annales Ecclesiastici*, año 1213, n.º 48-50.

e. Pub. CATEL, *Histoire des Comtes de Toulouse*, lib. II, pp. 289-291.

f. Ed. MANRIQUE, *Annalium*, IV, año 1213, cap. III, n.º 10-13, pp. 8-9.

g. Cit. y trad. fr. fragmentaria *HGL*, 3.ª ed. VI, pp. 417-418.

h. Ed. MANSI, *Sacrorum conciliorum*, XXII, col. 878.

i. Ed. *PL*, 216, cols. 849-852.

j. Ed. *RHGF*, XIX, p. 580 (data 1 junio).

k. Ed. de B, MANSILLA, *Inocencio III*, n.º 505, pp. 546-549 (data 1 junio).

²⁵⁰⁶ Incluimos este texto por estar relacionado, muy probablemente, con la preparación de la campaña de Muret y por tratarse de un doc. «du plus haut intérêt pour l'histoire monétaire et fiscale de Pierre I^{er}», BISSON, «Sur les origines du monedatge», p. 97.

²⁵⁰⁷ Sobre la data exacta de esta y de otras cartas sobre la reactivación de la cruzada, véase GUÉBIN Y LYON, *Hystoira Albigensis*, II, p. 105, n. t. MANSILLA (*Inocencio III*, p. 547) indica como docs. idénticos a éste los registrados por POTTHAST con los n.º 4.729 (21 mayo 1213) y n.º 5.111 (20 mayo 1216).

- l. Trad. cat. fragmentaria VENTURA, *Pere el Catòlic*, p. 205.
- m. Trad. fr. fragmentaria ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 670, 671 y 673.
- n. Ed. fragmentaria SMITH, *Innocent III*, p. 134, n. 112.

Reg.: POTTHAST, n.º 4.741 (data 1 junio). MOLINIER, «Catalogue», n.º 70, p. 467. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: VENTURA, *Pere el Catòlic*, p. 205. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 669-675 (y estudio). ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 194-198. MESCHINI, *Innocenzo III*, pp. 211 y ss. SMITH, *Innocent III*, pp. 117, 132-134, 136 y 145 (y comentarios).

(k) Innocentius episcopus, servus servorum Dei, Karissimo in Christo filio P[etro] illustri Aragonum Regi, Salutem et apostolicam benedictionem²⁵⁰⁸. Is, in cuius manu sunt omnium corda regum, inspiret tibi humiliter exoratus, ut prudenter attendens, quod iuxta mandatum apostolicum nos oportet obsecrare, arguere, increpare, nostras increpationes, quas paterna in te affectione deponimus, devotione recipias filiali, et sic nostris obtemperes salubribus monitis et consiliis, ut correctionem apostolicam devote recipiendo, demonstres te in his etiam affectum habuisse sincerum, in quibus absque dubio per effectum nosceris deliquisse. Sane ad totius fere mundi noticiam pervenit, nec serenitatem tuam ignorare credimus aut etiam diffiteri, quod inter ceteros principes christianos te specialiter studuimus honorare; per quod et potentia tibi accrevit et fama. Utinamque cum hiis prudentia et devocio tibi amplius accrevissent: quod licet utile nobis existeret, tibi tamen potius expediret.

Verum in hoc neque tibi providisse dinosceris, neque nobis, ut decuit, detulisse, quod cum cives Tolosani a corpore Ecclesie sint excommunicationis mucrone precisi, et ipsorum civitas supposita interdicto, pro eo quod quidam eorum heretici manifesti, plures vero credentes fautores et receptatores ipsorum ac etiam defensores, adeo ut alii quoque, quod Christi exercitus, ymmo verius ipse Christus, quem contra se ipsos suis adinventionibus provocarunt, a suis fecit tabernaculis emigrare, ad Tholosanam quasi quamdam erroris sentinam confugerint civitatem, observantes tempus et opportunitatem captantes, quo finem in partibus illis quasi de novo plantatam, velut locuste de puteo abyssi egressae, valeant extirpare, tu divini timoris oblitus, quasi prevalere valeas contra Deum vel avertere manus eius contra eos exigentibus suis culpis extentam, ipsos et eorum complices in defensionem, quasi sub specie pietatis impietatem exercens, in scandalum populi christiani et proprie fame dispendium recepisti, post inhibitionem a legato nostro ex parte Dei et nostra²⁵⁰⁹ districtissime tibi factam, non sine nota gravis infamiae ac suspicionis scrupulo gravioris.

Nuper igitur auditis, que venerabilis frater noster Segobricensis episcopus²⁵¹⁰, dilectus filius magister C[olumbus] nuntii tui ac nuntii legati nostri ac nobilis viri S[imonis] comitis Montisfortis in presentia nostra proponere voluerunt, et litteris directis hinc inde plenius intellectis²⁵¹¹, habito cum fratribus nostris tractatu atque

²⁵⁰⁸ *La copia de PVC omite intencionadamente* Karissimo in Christo filio y Salutem et apostolicam benedictionem.

²⁵⁰⁹ Cartas de Arnau Amalric, PVC, §§ 387-388.

²⁵¹⁰ Hispán.

²⁵¹¹ PVC, §§ 370 y ss.

consilio diligenti, volentes honori tuo quantum ad famam, saluti quantum ad animam, et indemnitati quantum ad terram paterna sollicitudine precavere, serenitate tue in virtute Spiritus sancti sub obtentu divine ac apostolice gratie districte providimus iniungendum, ut sine mora prenotatos deseras Tholosanos et complices eorumdem, non obstante promissione vel obligatione quacumque prestita vel accepta in elusionem ecclesiastice discipline, ipsis, quamdiu tales exstiterint, non impensurus per te vel alios consilium, auxilium, vel favorem.

Si vero iidem ad ecclesie redire desiderant unitatem, prout fuit a dictis nuntiis tuis propositum coram nobis, nos, venerabili fratri nostro Tholosano episcopo²⁵¹², viro, integre opinionis et vite, qui testimonium habet non solum ab hiis, qui sunt intus, sed ab hiis etiam qui sunt foris, nostris damus litteras in mandatis, ut, adiunctis sibi duobis viris prudentibus et honestis, eos, qui voluerint de corde puro et conscientia bona et fide non ficta redire, sufficienti ab isdem cautione recepta, reconciliet ecclesiastice unitati; illos vero, quos in erroris sui tenebris persistentes idem episcopus de labe notaverit heretice pravitatis, exterminari precipimus a civitate iam dicta, et bona eorum confiscari; ita quod nullo umquam tempore recipiantur in ipsa, nisi forte divinitus inspirati se viros fidei orthodoxe cultores exhibitione operum demonstrarent; et sic civitas ipsa reconciliata pariter et purgata sub apostolice sedis protectione consistat non molestanda de cetero a comite supradicto vel aliis fide catholicis, sed defendenda potius et fovenda.

Miramur insuper et movemur, quod tu pro terra nobilium virorum Convenarum et Fussensis comitum ac G[astonis] de Bearno restituenda sibi, apostolicum per nuncios tuos suppressa veritate mendacium exprimentes, subripi fecisti mandatum, cum propter multa et magna eorum flagicia, ob hereticorum favorem, quos manifeste defendunt, excommunicationis sint vinculo innodati; unde cum mandatum pro talibus sic obtentum non teneat, illud tamquam subreptum penitus revocamus. Si vero iidem ecclesiastice unitati reconciliari desiderant, prout dicunt, venerabili fratri nostro Narbonensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, nostris damus litteras in mandatis, ut recipiens ab ipsis non solum iuratoriam cautionem, cum iam sua sint iuramenta transgressi, sed et aliam, quam viderit expedire, beneficium eis absolutionis impendant. Et hiis rite premissis tanquam vere devotionis indiciis, cardinalem de latere nostro legatum, virum honestum, providum et constantem, iuxta petitionem tuam ad partes illas curabimus destinare, qui non declinans ad dexteram vel sinistram, sed incedens rectam viam semper; que recte facta invenerit approbet et confirmet, errata vero corrigat et emendet, et tam nobiliter antedictis quam aliis conquerentibus exhiberi faciat iustitie complementum; interim ergo inter te et terram tuam et dictum comitem Montisfortis ac suam volumus et mandamus firmas treugas fieri ac servari, hereticis prorsus exceptis; cum quibus, cum nulla sit societas lucis ad tenebras, nec participatio Christi ad Belial, aut pars fidei cum infidei, orthodoxe fidei professores treugas habere non convenit sive pacem; mandantes nichilominus comiti antedicto, ut tibi pro terra, quam a te tenet reverenter exhibeat, quod exhibere tenetur²⁵¹³. Illud autem excellentiam tuam volumus non latere, quod si Tholosani ac nobiles sepedicti adhuc quoque in errorem suo duxerint persistendum, nos per indulgentias innovatas cruce signatos

²⁵¹² Folquet.

²⁵¹³ Aludiendo al homenaje de Simon de Montfort, «Documentos», n.º 1111.

et fideles alios precipimus excitari, ut ad exstirpandam pestem huiusmodi divino freti auxilio insurgentes, tam contra ipsos quam quoslibet alios receptatores aut defensores ipsorum, qui plus ispis hereticis sunt nocivi, procedant in nomine Domini Sabaoth.

Monemus igitur serenitatem tuam, rogamus et exhortamur in Domino, quatinus que premissimus, prompto animo, quantum ad te pertinet, exsequaris, sciturus pro certo, quod si aliter, quod non credimus, duceres faciendum, preter indignationem divinam, quam ex hoc facto contra te procul dubio provocares, grave ac irreparabile posses incurrere detrimentum, nec nos, quantumcumque tuam diligamus personam, tibi contra fidei christiane negotium possemus parcere vel deferre. Quantum enim tibi periculum immineret, sit Deo, et Ecclesie, presertim in causa fidei, te opponeres, ut consummationem sancti operis impedires, non solum vetera sed et moderna te possunt exempla docere. Datum Laterani, kalendas iunii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

1213 mayo, 21. Letrán

1508

Inocencio III comunica a Simon, conde de Montfort, su orden de reactivación de la cruzada contra los herejes.

- B. Copia coetánea, AV, Reg. Vat. 8, fol. 149, n.º 49.
- a. Ed. fragmentaria *PL*, 216, col. 852.
- b. Reg. y ed. fragmentaria MANSILLA, *Inocencio III*, n.º 505, p. 549 (data 1 junio).

Reg.: POTTHAST, n.º 4.741 (data 1 junio). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: MOLINIER, «Catalogue», n.º 70, p. 467 (data 1 junio). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 673. SMITH, *Innocent III*, p. 134.

(b) *In eundem fere modum nobili viro S[imoni] comiti Montisfortis.*

Is in cuius manu [...] ²⁵¹⁴ Sabaoth. Si enim predictus rex aliter duceret faciendum, [...] docere. Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur attentius, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus que premissimus prompto animo, quantum ad te pertinet, exsequaris. Datum ut supra.

1213 mayo, 21. Letrán

1509

Inocencio III comunica a Arnau (Amalric), arzobispo de Narbona y legado apostólico en Provenza, su orden de reactivación de la cruzada contra los herejes.

- B. Copia coetánea, AV, Reg. Vat. 8, fol. 149, n.º 49.
- C. Inserto en el doc. enviado por el legado Arnau Amalric al rey de Aragón para comunicarle la decisión papal (Narbona, 22 julio 1213), ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, Apéndice, s/n (carp. 65).
- a. Ed. fragmentaria *PL*, 216, col. 852.

²⁵¹⁴ Se repite el texto de «Documentos», n.º 1507.

- b. Reg. y ed. fragmentaria MANSILLA, *Inocencio III*, n.º 505, pp. 549-550 (data 1 junio).

Reg.: POTTHAST, n.º 4.741 (data 1 junio). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 673. SMITH, *Innocent III*, p. 134.

(C-b) Is in cuius manu [...] ²⁵¹⁵ docere. Unde nos Regem et Comitem sepedictos per litteras nostras monuimus, ut que / premissimus prompto animo, quantum ad nos pertinet, exsequantur. Ideoque fraternitati tue, per apostolica scripta, mandamus quatinus prefactos Regem et Comitem monens ad id efficaciter et inducens, procedas circa tres nobiles antedictos secundum formam superius comprehensam. Tu denique, frater archiepiscopo, [...].

1213 mayo, 21. Letrán

1510

Inocencio III comunica al obispo Folquet de Tolosa la reactivación de la cruzada contra los herejes albigenses, ordenándole que exhorte al rey de Aragón Pedro el Católico a dejar de favorecer a los herejes de Tolosa, someterse a la Iglesia y respetar la tregua establecida con el conde Simon de Montfort.

- B. Copia coetánea, AV, Reg. Vat. 8, fol. 149, n.º 49.
C. Inserto en el doc. enviado por el obispo Folquet de Tolosa al rey de Aragón para comunicarle la decisión papal (Narbona, 22 julio 1213), ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 444.
D. Copia coetánea ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 444 duplicado.
a. Ed. fragmentaria PL, 216, col. 852.
b. Reg. y ed. fragmentaria MANSILLA, *Inocencio III*, n.º 505, pp. 547 y 550.
c. Ed. casi completa SMITH, *Innocent III*, p. 132, n. 111.
d. Ed. FERRER y RIU, *Tractats i negociacions*, n.º 169, pp. 501-503 (data 1 junio).

Reg.: POTTHAST, n.º 4.741 (data 1 junio). MIQUEL, *Regesta*, n.º 67, p. 50. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 673. SMITH, *Innocent III*, pp. 132 y 135.

(C) Innocentius episcopus, servus servorum Dei, Venerabili fratri [Folchi] Tolosani episcopo. Is in cuius manu [...] ²⁵¹⁶ inducens, procedas circa cives predictos / secundum formam superius comprehensam. Tu denique, frater episcopo [...].

1213 mayo, 22. Lleida

1511

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, concede a la Orden del Temple la villa y el castillo de Culla, con todos sus términos, y las iglesias que se construyan en ellos, con diezmos, primicias y demás derechos, salvo el episcopal, para cuando se conquisten.

- B. Traslado auténtico del original, AM San Mateo, Pergaminos, sign. ant. n.º 306.
C. Traslado en perg. de 7 febrero 1252, AHN, OOMM, Montesa, carp. 479, n.º 20-R.

²⁵¹⁵ Se repite el texto de «Documentos», n.º 1507.

²⁵¹⁶ Se repite el texto de «Documentos», n.º 1507.

- D. Traslado de C, AHN, OOMM, Montesa, carp. 479, n.º 21-R.
- E. Copia s. XIII con lista incompleta de testigos, ACA, Cancillería, Reg. n.º 309, *Cartulario Menor del Temple*, fols. 37r-38r.
- F. Copia s. XIII, ACA, Cancillería, Reg. n.º 310, *Cartulario Mayor del Temple*, fols. 38v-39r.
- G. Traslado de Jaime II de 6 agosto 1319, ACA, Cancillería, Reg. n.º 217, fols. 172v-173r.
- H. Traslado de 20 marzo 1386 de D, AHN, OOMM, Montesa, carp. 479, n.º 22-R.
- I. Copia caligráfica, ARV, Real. *Enajenaciones del Real Patrimonio*, lib. IV, fol. 13.
- J. Traslado en papel autorizado en 1757 por Francisco Javier de Garma, secretario del Rey, AHN, OOMM, Montesa, carp. 479, n.º 23-R.
- K. Copia simple en papel s. XVIII de G, AHN, Cód. 1240-C: Documentos reales de la Orden de Montesa, fols. 37-39.
 - a. Ed. de B, «Colección de Cartas Pueblas», *BSCC*, XI/VI (1930), n.º XXIX, pp. 355-357²⁵¹⁷.
 - b. Ed. fragmentaria de G, P.E. BARREDA I EDÓ, «Un recull documental sobre els Ordes Militars al castell de Culla (Alt Maestrat), 1213-1330», *Actes de les Primeres Jornades sobre els Ordes Religioso-militars als Països Catalans (segles. XII-XIX) (Montblanc, 8-10 de novembre de 1985)*, Tarragona, Diputació de Tarragona, 1994, pp. 188-199, esp. p. 195, n.º 2.

Noticia cat. fin. s. XIII, AHN, Cód. n.º 598-B: Cartulario lemosino del Temple y del Hospital, n.º 102, «Memoria de los Privilegios del Registro Mayor que no escribieron en el presente Cartulario de vitela», p. 173 (Índice, n.º 127).

Reg.: JAVIERRE, *Privilegios*, n.º 22, 23, 24 y 25, pp. 120-121. GUAL, *Precedentes*, n.º LV, p. 240.

Cit.: ZURITA, *Anales*, lib. II, cap. lxiii. GUAL, *Precedentes*, p. 212. SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(C) ²⁵¹⁸Cum omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum sit descendens a Patre luminum, et quidquid Regibus et Principibus acrescit a Deo provenit, ipso dicente: *Per me reges regnant et potentes scribunt iustitiam*, merito eorum que per eius gratiam et potentiam Regibus et Principibus adquiruntur, ad eius speciale obsequium pars debet ab eisdem utilis assignari. Et quia ipse dixit quod omnia possibilis sunt credenti, et qui confidunt et sperant in eo non fraudantur a desiderio suo, idcirco, in Christi nomine, Nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, de ipsius potentia et virtute necnon et intercessionibus gloriose semper Virginis Marie genitricis eius sperantes, et constanti animo confidentes quod per ministerium nostrum multa loca a Sarracenis possessas et ydolis dicata Dei sacrificiis et Christiano cultui referantur et reformentur, corde bono et gratuita voluntate, per nos et successores nostros donamus et cum hac presenti publica scriptura concedimus et laudamus Domino Deo et Beate Marie et vobis Fratri Guillelmo Catelli Domorum Militie Templi in Provincia et quibusdam partibus Hispanie honorando Magistro et per vos Domui et Fratibus

²⁵¹⁷ *Donació feta per lo Rey En Pere, del Castell e Vila de Cula, al Orde del Temple.*

²⁵¹⁸ *Fórmula del traslado: Anno Domini .M.CC.L.I. .VII. idus Februarii. Hoc est translatum bene et fideliter translatum a quidam instrumento quod sic habet.*

Milicie Templi, presentibus et futuris, in perpetuum Castrum et Villam de Cullar, quam cito Deus illum dederit in manibus Christianorum, cum omnibus terminis, tenementis, pertinentiis et appendiciis suis, videlicet a parte Cantavelle usque ad rivum de Truitis; et ex alia parte quantum extenditur Campellus siccus versus Aras, et totum locum nuncupatum Avinaçal, Ruppe de Corvo intus stante; et ex alia parte usque ad Covas de Berig, sicut extenditur et exit ad collatum de Infurcatis; et ex alia parte usque ad Xodos, et inde ad Pinnam gulosam, toto Campo de Arzeda intus stante, sicut rivus siccus ipsum dividit, monte etiam lato intus stante, et sicut inde etiam extenditur et exit ad scalerolam rivi de Truitis, et cum ingressibus et egressibus suis, cum hominibus et feminis, Christianis, Mauris atque judeis ibi habitantibus et habitaturis, cum omni iure et dominio nostro, cum cultis et incultis seu heremis, cum omnibus redditibus, proventibus, fructibus et expletis, cum questis, peytis, pariis, pedidis, toltis, forciis, placitis, firmamentis, caloniis sive iusticiis, cum cenis, censibus, tributis, serviciis, usaticis et omnibus adempriviis, cum aquis et aqueductibus et reductibus, cum rivis, fontibus, pontis et çequiiis suis, cum molendinis et furnis, cum nemoribus, silvis, garriciis sive carrascalibus, cum fustibus et lignis, cum ortis et arboribus quorumlibet generum, cum venationibus et piscationibus, cum erbis, pratis, pascuis et pasquariis atque erbaticis, cum montibus et planis, cum cumbis, vallibus et torrentibus, cum ruppibus, petris et glebis, cum inventionibus sive trobis, et etiam cum mesquitis que ibi sunt, et cum omnibus ecclesiis que ibi, et infra terminos supradictos, construuntur et fient vel forte facte sunt, cum hereditatibus et iuribus omnibus mesquitarum, et cum decimis et primiciis, oblationibus et defunctionibus et aliis ecclesiarum iuribus universis et ad eas pertinentibus vel pertinere debentibus quoquomodo, salvo tamen iure Episcopali, et ad ultimum cum omnibus omnino aliis que ad dictum Castrum et Villam pertinent et spectant vel pertinere et spectare debent aut possunt aliquo modo, iure vel aliqua ratione. Hec inquam omnia et singula supradicta vos prenominati Magister et successores vestri et Fratres Militie Templi, presentes et futuri, in perpetuum habeatis, plenarie teneatis, potenter et iure hereditario possideatis, integre et sine omni diminucione in pace per vestram hereditatem propriam, perpetuam, francham, quietam, liberam et immunem, ad dandum, vendendum, impignorandum, commutandum et aliis quibuslibet modis alienandum et ad omnes alias vestras voluntates inde libere faciendas, sine vinculo et contradiccione cuiuslibet persone, per secula cuncta, sicut melius, plenius, utilius et perfectius, dici, scribi, intelligi vel excogitari potest, ad vestrum et domus vestre commune profectum et utilitatem per secula sempiterna.

Datum Ilerde, undecimo kalendas Junii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato eius scripta a Bonanato, anno Dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo terciodecimo, Era M.^a CC.^a L.^a prima.

Sig[*signo*]num Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitum Barchinone.

[1.^a Col.] Testes huius rei sunt: Domnus Nuno Sancii. Guillelmus de Cervaria. Hugo de Turre rubea.

[2.^a Col.] Raimundus de Montecatano. Guillelmus Raimundi senescalcus. Gombaldus de Ripellis. Guillelmus de Aquilone.

[3.^a Col.] Raimundus Gaucerandi de Pinos. Raimundus de Cervaria junior. Raimundus de Ripellis. Raimundus de Castrovetulo.

[4.^a Col.] Petrus de Ahonesio. Assalitus de Gudal. Petrus Pardi. Gomes de Luna.

Ego Ferrarius, Notarius Domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis²⁵¹⁹.

[1213 mayo, 22. Lleida]

1512

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la venta de Bujaraloz al monasterio de Sigena*²⁵²⁰.

Noticia de 1676, AHPH, Fondo de Sigena, S-39: *Cabreo del año 1676*, t. 3., n.º 1.116, fol. 394v (data 1213 y dice *el Rey D. Jayme*).

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

1213 mayo, 23. Lleida

1513

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, concede a Ramon Berenguer d'Àger, comendador de los Templarios de Gardeny, un mercado público en Vilanova de Corbins, a celebrar los miércoles, y una feria anual de ocho días de duración, a celebrar a mediados de agosto.

A. Original con agujeros para el cordón del sello y esquina inferior derecha recortada, ACA, GPC, Pergs., arm. 14, n.º 14.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 102. IBARRA, *Estudio*, I, n.º 459. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.474.

Cit.: MORERA, *Tarragona Cristiana*, I, p. 549 (data 22). MIRET, *Les cases*, p. 343. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 134 (de MIRET). SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

Quoniam fratres Militie Templi divini amoris igne succensi Sancte religionis studiis vaccant et bonis operibus inherendo ubicumque terrarum locus et oportunitas se eius offerunt, christiane fidei defensionem et propagationem cum personis et rebus insu/dare et invigilare non cessant, idcirco, in Christi nomine, nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, corde bono et gratuita voluntate, cum hac presenti publica scriptura perpetuo valitura damus, / concedimus et laudamus domino Deo et eius gloriose genitrici semper virgini Marie et vobis dilecto nostro fratri Raimundo Berengarii de Ager Comendatori de Garden et per vos Domui et fratribus Militie Templi presentibus et futuris in perpetuum publicum et generale mercatum a Villa nova de Curbins die mercurii singulis septimanis tenendum et perpetuo celebrandum, et nundinas sive ferias ibidem annis singulis mediante Augusto per octo dies continuos tenendas et perpetuo celebrandas. Hoc itaque mercatum et / has nundinas sive ferias cum omnibus leudis et usaticis et redditibus ac proventibus

²⁵¹⁹ *Fórmula del traslado*: Sig[*signo*] Guillelmi Guerer qui me per teste subscribo. S[*signo*]num B. de Bagadano capellanus qui me pro teste subscribo. / Petrus Fortis diachonus Mirabeti hoc translatum scripsit et hoc sig[*signo*]num fecit die et anno prefixis.

²⁵²⁰ Doc. dudoso que podría ser de Jaime I.

eorum integre ac plenarie vos et alii fratres Templi presentes et futuri in perpetuum habeatis et possideatis iure hereditario potenter et in pace, sicut melius, plenius et / sanius dici, intelligi, scribi vel excogitari potest, ad communem utilitatem domus et fratrum Militie Templi per secula sempiterna. Recipimus autem sub nostra speciali protectione, firma custodia securoque ducatu predictum mercatum et predictas nundinas si/ve ferias et omnes homines et feminas cuiuscumque conditionis, professionis aut dignitatis sint qui ad ipsum mercatum vel ad ipsas nundinas venierint, ita quod cum omnibus rebus et mercibus quas secum duxerint vel portaverint sint salvi et securi per omnia lo/ca dominationis nostre et omnium amicorum nostrorum per terram et per qualibet aquam in veniendo ad ipsum mercatum vel nundinas et in stando in eo vel in eis, et in redeundo ab eo vel ab eis donec ad propria sint reversi, ita quod interim nullus eis in personis vel / rebus audeat aliquod dampnum, disturbium vel gravamen inferre, dummodo parati sint respondere in iure cuilibet de eis querimoniam proponenti, nec sit ausus quisquam eos vel res aut mercis eorum pignorare, marchare, impedire vel detinere alicubi / pro alieno debito vel delicto, nisi per se ipsos principales debitores aut pro aliis fideiussores fuerint manifesti. Quicumque autem contra hanc cartam nostram venire in aliquo attemptaverit iram et indignationem nostram et penam duorum milium mo/rabetinorum dampno illato prius in duplum plenarie restituto se noverit sine aliquo remedio incursum. Datum Ylerde, .X. kalendas Junii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, Anno Dominicie Incarnacionis .M.º.CC.º. Tercidecimo. /

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitum Barchinone.

[1.ª Col.] Testes huius rei sunt: Dompnus Nuno Sancii. Petrus de Ahonesio. Petrus Pardi.

[2.ª Col.] Guillelmus de Cervaria. Hugo de Turre rubea. Guillelmus Raimundi senescalca. Guillelmus de Podio viridi.

[3.ª Col.] Raimundus de Monte catano. Raimundus de Cervaria. Raimundi Gaucerandi de Pinos. Raimundus de Castro vetulo.

[4.ª Col.] Guillelmus de Aquilone. Raimundus de Cervaria junior. Guillelmus de Cervaria junior. Bernardus Ermengaudi de Fraxianeto.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis²⁵²¹.

1213 mayo, 28. Lleida

1514

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la compra de la acequia de Lleida, que pasa por Segrià, a Pere Ramon Çavassèquia, reconociendo haber recibido un donativo de 10.000 s. jaqueses.

B. AM Lleida, Reg. 1372, *Llibre Vert Petit*, fols. 142r-143v.

C. AM Lleida, Reg. 1370, *Llibre Vert*, fol. 19.

a. Ed. VALLS, «Les Fonts», n.º XV, pp. 158-159.

b. Ed. de C, MUT, *La vida económica en Lérida*, n.º 13, pp. 237-238.

²⁵²¹ Autógrafo.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 102. IBARRA, *Estudio*, I, n.º 460 (de a y B sin datos, dice Zavazequia).

Cit.: VILLANUEVA, *Viage*, XVI, pp. 20 y 22. GRAS DE ESTEVA, *La Pahería de Lérida*, p. 110 (data junio). LLADONOSA, *Història de Lleida*, I (1991), p. 309. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 134 (de MIRET). ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(C) Quoniam nichil est quod magis regie conveniat Magestati quam, tamquam propria, augmentare comoda subiectorum, idcirco, in Christi nomine, [*nos*] Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, comuni utilitati Civitatis nostre et civium Ilerdensium cupientes intendere cum effectu, corde bono et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, cum hanc presenti publica scriptura perpetuo valitura laudamus, concedimus et confirmamus vobis omnibus civibus et habitatoribus Ilerdensibus²⁵²², maioribus et minoribus, presentibus et futuris, et omnibus heredibus et successoribus vestris in perpetuum empcionem quam fecistis de Cequia ilerdense²⁵²³ que transit per Segrianum a Petro Raymundo Çavasequia, cum licencia nostra, pro mille morabetinis; volentes et statuentes firmiter in perpetuum, quod ipsam cequiam, cum omnibus exitibus et proventibus qui inde proveniunt et provenient vel debent aut debebunt aliquatenus provenire, habeatis plenarie, teneatis potenter ac possideatis sine omni contrarietate in pace, sicut in carta quam inde vobis fecit dictus P[etrus] R[aymundus] plenius continetur, et si etiam melius dici vel intelligi potest, ad vestrum profectum. Simili quoque modo, per nos et nostros omnes laudamus, concedimus et confirmamus donum sive stabilimentum quod de ipsa cequia eiusque redditibus fecistis aut facietis alicui alii loci vel aliquibus personis. Nos autem et nostri faciemus vos et vestros et pontem Ilerdense²⁵²⁴, aut locum vel personas cui vel quibus ipsam cequiam dedistis et stabilivistis aut dederitis vel stabilieritis, habere, tenere et possidere integre et quiete et sine omni contrarietate et questione ipsam cequiam cum omnibus his que inde exeunt vel exhibunt et ad eam pertinent vel pertinebunt vel debent aut debebunt aliquatenus pertinere, et eam vobis defendebimus et salvabimus semper contra omnes personas que ea invadere vel frangere attemptarent aut vobis possessionem ipsius in aliquo perturbarent. Pro hac confirmatione et concessione recognoscimus nos habuisse et recepisse a vobis in servicium decem milia solidos jachensium²⁵²⁵, de quibus nichil penes vos remansit in debitum. Datum Ilerde, .V. kalendas Junii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato²⁵²⁶, Anno Dominicæ Incarnationis .M.º.CC.º terciodecimo.

Signum Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

Signum Raymundi de Montecatano. Signum Guillelmi de Cervaria. Signum Raymundi, filii eius. Signum Guillelmi Raymundi seneschalchi.

²⁵²² Ilerde, *b*.

²⁵²³ Ilerde, *b*.

²⁵²⁴ Pontem Ilerde, *b*.

²⁵²⁵ Iaccenses, *b*.

²⁵²⁶ Bononato, *b*.

Testes huius rei sunt: dompnus Berengarius, Episcopus Ilerdensis. Dompnus B[ernardu]s, Prepositus Celsonensi²⁵²⁷. Hugo de Açnava²⁵²⁸. Raymundus Gaucerandi de Pinos. Raymundus de Ribellis. Raymundus de Castro Vetulo. Guillermus Durfortis. Berengarius de Cervaria. Poncius de Castellione.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco et anni prefixis.

1213 mayo, 28. Lleida

1515

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, cambia con Pere de Sala el castillo y la villa de Massalcoreig, que entrega al monasterio de Escarp, por el derecho y el dominio del castillo y la villa de El Vilosell, la parte del rey en los impuestos de dicho castillo y su castellano.

- A. Original con tiras y restos de la bolsa del sello, AHN, Clero, Escarp, carp. 1.006, n.º 6.
- B. Copia coetánea sin testigos, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 11.
- C. Copia s. XIII, AHN, Cód. 992-B: Cartulario *Mulassa* o Becerro de Poblet, n.º DCCCCXXVII, fol. 170v.
- D. Traslado de 1337, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 12.
- E. Transcr. de D, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CXCVII.

Noticia s. XVIII, AHN, Cód. 1385-B: Especulo de Poblet, «Velosell», n.º 4, fol. 159r.

Reg.: IBARRA, *Estudio*, I, n.º 461 (de A).

Cit.: BISSON, *FA*, I, pp. 221, 227 y 246. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(A) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonensis et Comes Barchinonensis, ob multa, magna, grata et utilia servicia que tu fidelis noster Petre de Sala, civis Ylerde, nobis semper libenter et voluntarie facere / studuisti, bono animo et spontanea voluntate, cum hac publica scriptura perpetuo valitura damus, concedimus et laudamus tibi et omnes proieni ei et posteritati tue in perpetuum, in cambium et comutationem castri et ville de Maççalco/ rex quod cum tua licencia et voluntate recuperamus et damus abbatie nostre de Escarp, totum ius et dominium quod habemus et habere debemus in castro et villa de Velosello, situs in termino castri de Siurana et totam partem nostram quam habemus et ad nos / pertinet in novenis et decimis, placitis et firmamentis ac stacamentis, et in questiis, toltis, forciis, bovaticis, monetaticis, succursibus et compensis²⁵²⁹, censibus, serviiciis, usaticis et ceteris omnibus adempriviis et in omnibus redditibus, proventibus, fructibus et expletis, et in omnibus omnino aliis que de dicto castro et / villa eorumque terminis et pertinenciis ac de habitatoribus suis exeunt vel obvenierunt aut exhibunt vel obvenient unquam vel exire aut obvenire debent vel possunt aut debent vel potuerunt aliquo modo, aliquo iure vel aliqua ratione, ita quod ius et do/minium totum quod in dicto castro et villa eorumque terminis et habitatoribus presentibus et futuris habemus et habere debemus et totam par-

²⁵²⁷ Solsona, *b*.

²⁵²⁸ Aznava, *b*.

²⁵²⁹ bovaticis, monetaticis, succursibus et compensis, *interlineado*.

tem nostram supradictorum omnium et singulorum, et si qua alia ibi habemus vel accipimus aut habere vel accipere debemus / aliquo modo, aliquo iure vel aliqua ratione, tu prefate Petre de Sala et omnes successores tui in perpetuum habeatis plenarie, teneatis potenter et iure hereditario possideatis integre et sine omni diminutione in pace per vestrum alo/dium proprium, franchum, quietum, liberum et immune, ad dandum, vendendum, impignorandum, legandum, conmutandum et aliis quibuslibet modis alienandum et ad omnes alias vestras vestrorumque voluntates inde libere faciendas, sine obstaculo, vinculo et con/tradicione cuiuslibet persone, sicut melius, plenius et utilius dici, intelligi, scribi, vel excogitari potest, ad vestram utilitatem, et ad vestrum bonum, sanum et utilem intellectum per secula sempiterna. Nos vero et nostris de hiis omnibus supradictis erimus tibi / et tuis auctores et defensores contra omnes personas in iure et extra ius, bona fide, per secula cuncta. Damus etiam et concedimus tibi et tuis in perpetuum castlanum dicti castri et ville de Velosello et totum ius et seniorivum quod in ipso / castlano eiusque successoribus habemus vel habere debemus, ut tibi et tuis semper tanquam nobis et nostris in omnibus et per omnia teneantur. Datum Ylerde, .V. kalendas Junii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato eius scripta a Bo/nonato, Anno Dominice Incarnationis .M.^o.CC.^o. Terciodecimo. /

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis.

[1.^a Col.] Testes huius rei sunt: Dompnus Nuno Sancii. Petrus Pardi.

[2.^a Col.] Raimundus de Montecatano. Guillemus de Cervaria. Guillemus Raimundi senescalculus.

[3.^a Col.] Hugo de Turre rubea. Raimundus de Cervaria. Raymundus Gauce-randi de Pinos.

[4.^a Col.] Poncius de Castellone. Petrus Balbi. Petrus Raimundi Çavaçequia.

Ego Ferrarius, domini Regis [*notarius*]²⁵³⁰, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prescriptis²⁵³¹.

Signum [*signo*] Bononati, qui mandato Ferrarii notarii domini Regis hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea quint ubi dicitur *bovaticis, monetaticis, succursibus et compensis*, loco, die et anno prefixis.

1213 mayo, 28. Lleida

1516

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, concede a Joan d'Almenara y a los freires del Hospital de Alfama franquicia general en todos los lugares donde se celebre mercado semanal, desde el río Cinca hasta Salses, y que puedan tener en ellos un colector de limosnas, que deberá contribuir con 10 s. en las colectas reales. El rey ordena a sus oficiales que defiendan el Hospital, sus freires y bienes, amenazando con pena de 1.000 mrs. a quien atente contra ellos.

B. Inserto en doc. de Pedro el Ceremonioso de 30 mayo 1342, ACA, Cancellaría, Reg. n.º 873, fols. 156r-157r.

²⁵³⁰ Nota de IBARRA: «(falta notarius)».

²⁵³¹ Autógrafo.

- C. Inserto en doc. de Pedro el Ceremonioso de 5 diciembre 1359, ACA, Cancillería, Reg. n.º 908, fols. 240v-244r.
- D. Inserto en doc. de Martín I de 15 octubre 1399, ACA, Cancillería, Reg. n.º 2.199.
- E. Inserto en doc. de Martín I de 15 octubre 1399, AHN, OOMM, Montesa, carp. 495, n.º 534.
- F. Copia en cartulario en papel, ARV, Clero, Libro 1538, fols. 9v-10v
- G. Copia s. XVII de B, RAH, Col. Salazar, apénd., leg. C, carp. 11, n.º 8.
- H. Copia simple en papel s. XVIII, AHN, Cód. 1240-C: Documentos reales de la Orden de Montesa, fols. 40-42r.
 - a. Ed. DÍAZ MANTECA, *El Libre de Privilegis*, p. 122.
 - b. Ed. SÁINZ DE LA MAZA, *La Orden de San Jorge de Alfama*, n.º 4, pp. 204-205.

Reg.: JAVIERRE MUR, *Privilegios*, n.º 26 y 586, p. 121.

Cit.: MORERA, *Tarragona Cristiana*, I, p. 613. SAINZ DE LA MAZA, *L'orde català*, pp. 28 (año 1215) y 34. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(b) Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum ac comes Barchinone, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros damus et cum presentí privilegio perpetuo duraturo concedimus et laudamus domino Deo et tibi Johanni de Almenara, fratri et questori elemosinarum Hospitalis de Alfama, et per te eidem Hospitali et fratribus eiusdem, presentibus et futuris, in perpetuum in singulis locis nostris que sunt a flumine Cinque usque Salses, in quibus singulis septimanis mercatum generale celebratur, unum hominem nostrum qui tamen pro facultatibus suis non teneatur mittere vel donare in comuni questiarum nostrarum amplius quam decem solidos ullomodo ad ipsius Hospitalis elemosinas colligendas. Enfranguimus autem vobis omnes homines illos et franchos facimus et quitios in tota eorum tempora ab omni hoste et cavalcata eorumque redemptione, ab omni quoque questia, barra, tolta, fortia, prestito, ademprivio, sucursu, vicinitate, servitute, monetatico, bovatico et ab omni etiam exactione et servitio et demanda regali et vicinali que dici potest et cogitari ullomodo. Mandamus ergo firmiter precipientes quod aliquis baiulus vel vicarius aut sagio vel alius quilibet homo noster vel alienus non possit neque audeat unquam homines illos vel eorum res, quos predicto modo donamus prenominato Hospitali de Alfama, ad hec ultra horum aliquid dandum, solvendum vel faciendum distingere, pignorarare aut compellere vel forciare aliquo casu, aliqua ratione vel modo. Constituimus etiam et mandamus in perpetuum omnibus baiulis et vicariis nostris et aliis universis hominibus terre nostre presentibus et futuris quod sepredictum Hospitali de Alfama et fratres et homines eiusdem et etiam homines illos omnes quos dicto Hospitali donamus, sicut in superioribus continentur, cum omnibus eorum rebus, mobilibus et immobilibus et se moventibus, habitis et habendis, tanquam nostra propria manuteneant fideliter et defendant, et que in superius dicta sunt rata et firma habeant et observent et ab omnibus ubique faciant inviolabiliter observari. Quicumque autem contra huius presentis carte tenorem in aliquo venire iram et indignationem nostram se perpetuo noverit incursum et post damni illati prius plenarie in duplum factum restitutionem a nobis in mille morabetinis proculdubio puniendum.

Datum Ilerde, quinto kalendas iunii, per manum Ferrarii notarii nostri et mandato nostro in ipsius scriptis a Berengario de Parietibus, anno Dominice Incarnationis millesimo CC.º terdecimo.

Signum Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.

Huius rei testes sunt: Raymundus, archiepiscopus Terrachone. Berengarius, episcopus Ilerde. Raymundus, prepositus Terrachone. Nunus Sancii. Assallitus de Gudal. Gomes de Luna²⁵³². Guillelmus Alcalanch. Raimundus de Montecatheno. Guillelmus Raymundi senescalcus. Raymundus Galcerandi. Raymundus de Castroveteri. Poncius de Castilione. Guillelmus Durfortis. Petrus de Sala. Petrus Buorz.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hec scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 mayo, 30. [Lleida]

1516 bis

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma a Bernat de Vall-llebrera la posesión del castillo de Almenarilla.

Cit.: LLADONOSA, Història de Lleida, I (1991), p. 368 (sin más datos). CATALÀ, «Comentaria marginal (Segrià)», Els castells catalans, VI-1, p. 916. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

1213 junio, 1. Lleida

1517

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, ordena al castellano del castillo de El Vilosell y a todos los hombres del lugar que reciban como señor a Pere de Sala, a quien ha hecho donación de dicho castillo.

- A. Original con sello de cera un poco roto en la parte superior, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 13 bis; y AHN, Sigilografía, Sellos Reales, caj. 14, n.º 9. Reprod. del sello, AHN, Sigilografía, Colección de Improntas, n.º 150; reprod. facs. del sello, GARMA, F.J. y BOFARULL, P., *Ensayo de una colección de sellos que han usado los antiguos monarcas de Aragón*, lám. 1ª; reg. y descripción del sello, GUGLIERI, *Catálogo de Sellos*, n.º 355, pp. 260-261.
- B. Traslado de 14 mayo 1365, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 14.
- C. Transcr. de A, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CXCVIII.

Reg.: IBARRA, Estudio, I, n.º 462 (de A).

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(A) Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, dilecto suo Castlano de Velosello et fidelibus suis omnibus hominibus eiusdem loci tam viris / quam mulieribus maioribus, mediocribus et minoribus, Salutem et gratiam. Sciatis quod nos dedimus fideli nostro Petro de Sala castrum et vil/lam de Velosello per alodium franchum in perpetuum et quicquid ibi et in vobis habemus vel habere debemus aliquo modo vel aliqua racione, unde vo/lumus et mandamus vobis firmiter ac precipimus quatinus eum et suos recipiatis et habeatis in dominos vestros speciales sicut nos ipsos, et eis / obediat in omnibus tanquam nobis et eis rependeatis de omnibus exitibus et directis nostris tam de ostibus et cavalcatis et earum redemptionibus quam / de omnibus aliis serviciis et demandis et ceteris ademprivis et omnibus exitibus et expletis et aliis quecumque ibi et in vobis habemus et acci/pimus vel habere et accipere debemus, quod nisi feceritis ita essemus contra

²⁵³² Assallitus de Gudall, comes de Luna, *b*.

vos offensi et ita vos puniri faceremus ac si nobis / essetis inobedientes, contrarii et rebelles. Datum Ilerde, kalendas junii Anno Dominice Incarnationis .M.^o.CC.^o. terciodecimo²⁵³³.

1213 junio, 1. Lleida

1518

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, toma bajo su protección y salvaguarda al prior, los monjes y los súbditos del monasterio de Gualter con todos sus bienes, ordenando a todos sus oficiales que guarden sus derechos y vigilen que no sean perjudicados.

A. AES, Gualter, n.^o 26.

a. Ed. BACH, «Documents del Priorat de Gualter», n.^o 30, p. 250.

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(a) Manifestum sit omnibus quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, recipimus et constituimus sub nostra speciali protectione, firma custodia securoque ducatu priorem et monachos et homines et familias monasterii de Gualter, cum omnibus bonis eiusdem monasterii mobilibus et immobilibus et se moventibus, habitis et habendis, que nunc idem monasterium alicubi habet vel in antea poterit adipisci, ita quod dictus prior et homines sui et familie et monasterium et omnia ad illud pertinentia sint salva et secunda, et ab omni dampno et molestia libera et ab omnibus questiis et exactionibus quibuslibet immunia et penitus aliena, nunc et semper. Unde volumus et mandamus firmiter universis et singulis hanc cartam videntibus et visuris ut priorem et predictum monasterium et omnia bona eiusdem manuteneant ubique et deffendant fideliterque custodiant, sicut nostra propria [...] per omnia loca. Nos enim eidem monasterio et priori et monachis eiusdem, presentibus et futuris, omnia bona quecumque sint et quecumque alicubi habet et possidet ex donatione et concessione comitum Urgellensium et aliorum quorumlibet principium et baronum et omnium hominum laudamus, concedimus et confirmamus in perpetuum habenda, tenenda, possidenda et percipienda integre et potenter et quiete per secula, contra quoscumque aut contra hanc cartam presumpserit venire iram nostram et indignationem semper habebit et nobis pro pena sine omni excusatione mille morabatinos pectavit.

Datum Ylerde, kalendas junii anno dominice incarnationis .M.^o.CC.^o. terciodecimo, per manum Ferrarii notarii nostri. Testibus et presentibus: R[*aimundo*] de Montecatano, Guillelmo R[*aimundi*] Senescalcho, R[*aimundo*] Galcerandi et Ugone de Turrerubea, multisque aliis.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 junio, 1. Lleida

1519

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, dona a la capilla de Sant Pere, en el Castell del Rei de Lleida, y a su titular, el canónigo Pere de Todenya, el castillo de Monto-

²⁵³³ Nota de IBARRA: «Letra de Bononato? Sello menor pendiente de tiras de pergamino».

liu con sus términos, señoríos y habitantes, todo el trigo que percibe en Castellot -a cambio de la protección del lugar-, lo que le satisfacen los habitantes del castillo de Corbella y del molino real de Vilagrassa y tres cahíces de cebada.

- A. ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 425.
- B. Traslado de 1817 de A, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fols. 416v-417v.
- C. Copia s. XVIII, RAH, «Varios de Privilegios, Bulas y Escrituras del Reino de Aragón y de Cataluña», C-28, fols. 436r-438r.
- D. Transcr. de A, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CXCI.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, pp. 32-33 (data 1212). IBARRA, *Estudio*, I, n.º 463 (de A).

Cit.: ES, XLVII (1850), pp. 18-19. IBARRA, «Nuevas aportaciones», p. 70. LLADONOSA, *Història de Lleida*, I (1991), p. 297. CATALÀ, «Comentaria marginal (Segrià)», *Els castells catalans*, VI-1, pp. 912 y 921. BISSON, *FA*, I, p. 212. ROSADO y LÓPEZ PAYER, *La batalla de las Navas de Tolosa*, p. 105 (data 1212). ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(A) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comitis Barchinone, attendentes non esse dubium, quin sit credentium mater Ecclesia, que nos Christo parit per lavacrum / regenerationis et renovationis Spiritus Sancti et que nos lactat scripturam uberibus et reficit pane vite et intellectus, attendentes etiam honorificenciam huius matris consistere precipue in devotione et gratuita / beneficiorum exhibitione, idcirco tantam matrem cupientes corde et opere honorare, ad honorem ipsius et ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, corde bono et animo volenti, per nos et omnes successores / nostros damus et concedimus et in perpetuum assignamus Domino Deo et Capelle castri nostri de Ylerda, constitute ad honorem Dei et Sancti Petri principis apostolorum eis, castellum de Monte olivo cum hominibus et feminis qui / ibi sunt vel erunt unquam, et cum omnibus terminis et pertinenciis suis que ad predictum castrum pertinent et pertinere debent ullo modo, et cum toto seniorivo et dominio quod in predicto castro habemus vel habere debemus aliquo modo, et cum trecentis morabetinis de quibus redimimus a Petro de Sala et Bernardo Maleti dictum castrum de Monte olivo, qui morabetini dentur fideliter in honorem ad opus iamdicte Capelle quandocumque ab Arnaldo de Monte olivo fu/erint persoluti. Damus preterea eidem Capelle nostre totum bladum quod accepimus et accipere debemus in Castellotis pro custodia sive protectionem hominum ipsius loco, quod nobis dare tenemur cum bona carta nobis inde ab eis / facta, et bladum etiam totum quod accipimus similiter pro custodia hominum de Castri de Corbella, et molendinum nostrum quod habemus in Villagrassa, nuncupatum molendinum de Sero, cum omnibus que in molendino illo habemus et habere debemus ullo modo, et tre etiam kaficios frumenti et tres kaficios ordei quos ad mensuram Ripecurcie homines de Segarra, que est in Ripacurcia prope Tolba, donant nobis singulis annis pro defensione sua. / Hec autem omnia dicta capella nostra et capellani omnes qui ibi fuerint instituti habeant et teneant et possideant et expletent integre et plenarie ac potenter franche et libere et quiete et sine omni excecione / regali et vicinali et servicio seculari per secula cuncta, que neque nos neque aliquis successorum nostrorum neque aliquis pro nobis unquam in predicto castro de Monte olivo vel in hiis que dicte Capelle assignamus et assignata sunt in futurum possumus exigere aliquo casu, aliqua occasione, aliqua ratione vel necessitate aut modo. Hanc vero capellanis cum hiis omnibus sibi assignatis et aliis omnibus que ad eam pertinent aut in posterum per/tinebunt damus et assignamus dilecto nostro Petro

de Tudinano canonico ylerdensi, et post eum nepoti eius Petro ut uterque eam cum omnibus in illam pertinentibus teneant et possideant integre et sine omni questione / in pace, quamdiu utrique fuerit vita comes, tali modo quod in capella predicta divina omnia celebrent omni tempore vite sue. Datum Ylerde, / per manum Ferrarii notarii nostri et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, kalendas iunii anno Dominice Incarnationis M.^oCC.^o terdecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis.

Testes huius rei sunt:

[1.^a Col.] Nunus Sancii. Assalitus de Gudal.

[2.^a Col.] Gomez de Luna. Guillelmus de Alcalano. Garssias Pardi.

[3.^a Col.] Raimundus de Montecatano. Guillelmus Raimundi senescalcus. Raimundus Gaucerandi.

[4.^a Col.] Poncius de Castilione. Petrus Balbi. Petrus de Sala.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis²⁵³⁴.

1213 junio, 5. [Guadalajara]

1520

Alfonso VIII, rey de Castilla, confirma una pesquisa practicada sobre el uso del monte de Cellónigo.

B. Copia facs. coetánea, AHN, Clero, San Millán de la Cogolla, carp. 1.049, n.^o 5 (sign. ant. R-13)

a. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.^o 905, pp. 583-585.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(a) [...] videlicet anno postquam ego A[*defonsus*] rex predictus Almiramomelinum, tunc regem de Marracos, apud Navas de Tolosa campestri prelio devici non meis meritis set Dei misericordia et meorum auxilio vasallorum.

[1200-1213] junio, 11

1521

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, arrienda y vende a Ramon de Ribes las rentas, cosechas e ingresos del valle de Ribes por 1.000 s. barceloneses anuales*²⁵³⁵.

Reg.: MARTÍ, *Dietari de Puigcerdà*, I, n.^o 216, pp. 197-198 (*ex Plecs closos: Ribes, Infor. n.^o 1*).

Cit.: CATALÀ Y BRASÓ, «Castell de Ribes i esment del castell de Segura», *Els castells catalans*, V, p. 75 (data junio 1200). BISSON, *FA*, I, pp. 127, 186 y 275 (advirtiendo que procede de una fuente de tercera mano).

²⁵³⁴ Nota de IBARRA: «Suscripción notarial de letra de Ferrer, lo demás de Berenguer».

²⁵³⁵ Véase «Documentos», n.^o 1299.

«Per lo molt illustre senyor Rey en Pere de Aragó, de alta recordatió, del qual era la vall de Ribes, fou fet arrendament e venda a n Ramon de Ribes (precesor de) Francesch de Ribes, de les rendes, explets, eximens e proveniments de la dita vall per preu quiscun any de mil sous barsc., pagadors quiscun any [...]apar ab carta feta *tertio idus junii anno domini millesimo ducentesimo* [...]»

1213 junio, 12. Lleida

1522

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, beneficia al obispo Pere (de Puigverd) de Urgell con la exención de bovaje, monedaje y otras exacciones sobre los hombres de la Iglesia de Urgell, incluidos los del valle de Andorra y los de La Seu d'Urgell.

- [A]. Original con sello de plomo.
- B. Copia 12 enero 1312, AHNA²⁵³⁶.
- C. Copia de 1312, ACSU.
- D. Transcripción en doc. de Alfonso el Benigno a 29 junio 1328, ACA, Cancillería, Reg. n.º 476, fol. 128v.
- E. Transcripción en doc. de Alfonso el Benigno a 29 junio 1328, AM Tremp, Pergaminos, n.º 3.
 - a. Ed. VALLS, *Privilegis*, n.º VIII, pp. 408-409.
 - b. Ed. BARAUT, *Cartulari de la Vall d'Andorra*, II, n.º 105, pp. 263-264.

Reg.: IBARRA, *Estudio*, I, n.º 464 (de a).

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(b) Manifestum sit omnibus quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, profiteamur vobis dilecto nostro Petro, venerabili Urgellensi episcopo, et Ecclesie vestre quod non ex debito neque ex consuetudine aliqua sed ex dono tantum et ex gratia vestra accipimus monetaticum dumtaxat in presenti ab omnibus hominibus Urgellensis Ecclesie, preter homines vallis Andorre et homines Sedis Urgellensis a quibus numquam nos vel predecessores nostri comites Urgelli accepimus sive habuimus monetaticum vel bovaticum ullo modo. Unde ab omni bovatico et monetatico et alia qualibet exactione comitali sive regali et consuetudine vos et omnes homines Urgellensis Ecclesie per nos et omnes successores nostros liberamus et absolvimus in perpetuum, promittentes Deo et Urgellensi Ecclesie et vobis quod, ratione monetatici vel bovatici vel aliqua occasione vel jure sive necessitate, in Sede Urgellensi et valle Andorre vel in aliis quibuslibet dominicaturis et honoribus sive possessionibus Urgellensis Ecclesie et vestris aliquid de cete-

²⁵³⁶ «El encabezamiento de esta copia dice así: *Hoc est exemplum factum pridie idus januarii anno Domini ab Incarnatione millesimo trecentesimo duodecimo, sumptum fideliter a quodam instrumento bulla plumbea in filis sericeis appensis bullato, quod prima facie dignoscitur esse publicum, in cuius quidem bulle parte una patefiebat quedam imago regie magestatis, in capite diadema, in manu vero pomum sinistra, cum quadam cruce super ipsum pomum posita, ac in dextera quendam florem sive ramum tenentis ac ampliatas brachiis pro tribunali sedentis, cum litteris in eadem partis circumscriptis que prout sequitur legebantur: [Signo] P[etri] Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone, domini Montispessulani; in altera quoque parte dicte bulle erat quedam ymago cuiusdam muniti militis in quodam equo munito equitatis, cum pendente lanceam in manu et galeam sive capellum ferreum cum quibusdam benis retrojectis ni capite ad sinistramque latus clipeum comportantis, littere autem in dicta parte circumscripte erant hec: P[etri] Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone, domini Montispessulani. Tenor autem dicti instrumenti per omnia dignoscitur esse talis», VALLS, *Privilegis*, n.º VIII, p. 408, n. 1.*

ro unquam non exigemus nec exigi faciemus aut permittemus aliquo modo; Ecclesiam vestram tamen hiis et aliis possessionibus suis in bonis consuetudinibus et statu libero et quieto et immunitate perpetuo conservantes inviolabiliter et tenentes per secula cuncta. Datum Ilerde, pridie idus junii, per manum Ferrarii notarii nostri, anno Dominice Incarnationis millesimo ducesimo tertiodecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.

Testes huius rei sunt: Raimundus de Montecatheno. Guillelmus Raimundi senescalcus. Berengarius de Podioviridi. Guillelmus de Podioviridi. Raimundus de Ripellis. Gombaldus de Ripellis. Berengarius de Petramola. Berengarius de Perexenz.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 junio, 16. Lleida

1523

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, concede al alfaquí Rabí Salomón Avendehuich dos libras de carne en la carniceria de los judíos de Zaragoza.

a. Ed. BOFARULL, *El Registro del Merino de Zaragoza*, pp. 53-54.

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

Reg.: BAER, *Die Juden*, I, n.º 80, p. 80.

Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, attendentes multa, grata et utilia servitia que tu Rabi Salomon Avendehuich fidelis alfaquinus noster nobis fecisti, corde bono et gratuyta voluntate, cum hac presenti publica scriptura perpetuo valitura damus, concedimus et laudamus tibi et omni progeney et posteritati tue in perpetuum in Carniçaria judeorum Cesarauguste singulis diebus duas libras carniū arietinarum vel precium earundem quod veru accipere malueritis. Has itaque duas libras carniū predictarum vel precium earum, quod verum vobis magis accipere placuerit, accipiatis singulis diebus semper a quocumque carnicerio eas vel id accipere volueritis in Carniçaria supradicta. Unde mandamus precipientes firmiter et districte illi carnicerio presenti et futuro in perpetuum, a quo ipsas carnes vel pretium earum accipere volueritis, quod donet vobis et vestris diebus singulis semper carnes predictas vel pretium earum, quorum contradictione in pace liceat vobis et vestris semper libere et sine omni metuo pignorare vel facere pignorari illum et res suas nec sit ausus defendere pignus ipsum quod si facere atemptaret. L. morabatinos nobis vel sucesoribus nostris pro pena sine aliqua excusatione peytaret. Precipimus quoque bajulo et lezdario Cesarauguste presentibus et futuris in perpetuum quod [*h*]as duas libras carniū arietinarum vel pretium earum, quorum alterum magis accipere volueritis tibi et tuis omnibus in perpetuum singulis diebus in Carniçaria predicta a quocumque carnicerio accipere volueritis, ut predictum est, dari faciat integre, plenarie et sine omni diminutione in pace per secula sempiterna, alio assensu vel mandato nostro aut nostrorum super hoc de cetero minime requisitis. Datum Illelde²⁵³⁷, XVI.º. kalendas julii, per vicarium Ferrarii notarii nostri et mandato eius scripta a Bonanato, Era M.ª CC.ª L.ª prima.

²⁵³⁷ Nota 1 de BOFARULL: «Por Ilerde» (p. 53).

Signum Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

Testes huius rey sunt: Raymundus de Montecatano. Guillelmus Raymundi senescalculus. Petrus de Achonesio. Assallitus de Gudal. Garsias Pardi. Hugus de Turrerubea. Raymundus Gaucerandi de Pinos. Raymundus de Castro Vitulo. Arnaldus de Rubione. Magister Martinus medicus domini Regis. Raymundus repositarius.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco et die et anno prefixis.

1213 junio, 18. Lleida

1524

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, dona al monasterio de Poblet un horno en la villa de Prades, fundado por Guilhem de Savariès, con la tercera parte que tiene en él y con las casas en las que está establecido, para que lo que se saque de todo ello sea empleado en lámparas que ardan día y noche en la capilla de la enfermería consagrada a San Esteban, y si sobra algo, se emplee en necesidades de la misma capilla.

- B. Traslado de 1222, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 17.
- C. Traslado de 1296, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 18.
- D. Traslado de 1298, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.109, n.º 19.
- E. Copia s. XIII, AHN, Cód. 992-B: Cartulario *Mulassa* o Becerro de Poblet, n.º DCCLXXXVI, fol. 147r.
- F. Traslado de 1366, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.106, n.º 10.
- G. Transcr. de B, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CC.

Reg.: IBARRA, *Estudio*, I, n.º 465 (de B).

Cit.: SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(B) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, attendentes quod ex hiis que a Deo fidelibus et a fidelibus Deo dantur karita/tis et misericordis opera exercentur que sunt remedium animarum et propiciacio peccatorum, attendentes etiam quod ex hiis que ecclesiis Dei et locis religiosis impendentur possessa prin/cipium augeri non minui indicantur, cum in ampliandis hiis quibus divina officia exhibentur nulla possit rerum immensitas extimari, idcirco, libentes et voluntarii, ob / remedium anime nostre et parentum nostrorum damus, concedimus et laudamus et huius perpetue scripture auctoritate auctorizando perpetuo confirmamus Domino Deo et eius gloriose Genitrici semper / Virgini Marie et vobis dilecto nostro Petro venerabili abbati Populeti et successoribus vestris et monasterio vestro et omnibus eiusdem monachis et fratribus presentibus et futuris furnum / nostrum situm in villa de Pratis, montanorum Siurane, et tertiam partem quam in eo accipimus et [h]abuimus, et domos quibus dictum furnum constat esse fundatum quas Guillelmus / de Savartes tenere et habere tenere et habere solebat. Affrontat autem dictus furnus et domus in quibus est ab Oriente in domos Bernardi de Serres, a Meridie in viam publicam, ab Occidente / in domos Exameni filii Petri Burdi, a Circio in domos Vital de Cardona et Petri Divos. Furnum itaque et quantum hec affrontaciones ambiunt et includunt damus / monasterio populetensi et vobis predictis cum ingressibus et egressibus et tenimentis suis et cum omnibus exitibus eiusdem furni atque domorum, et cum tercia parte quam in eis habemus, et cum omnibus que de predicto furno et domibus ipsius nobis obveniunt vel obvenire possunt ullo modo, et cum omnibus melioramentis et augmentis que in istis / unquam facere potueritis, ita

quod hec omnia et singula habeatis, teneatis et possideatis plenarie et potenter et sine omni contradictione et questione per secula cuncta ad facien/das expensas unius lampadas nocte ac die continue ardende in capella infirmatorii vestri in honore Dei Omnipotentis et *Beatissimi* Stephani prothomartiris constituta. / Predictum vero furnum et terciam nostram et domos eiusdem cum omnibus que in eis habemus et habere debemus ullo iure habeatis vos et predicti et monasterium populetensis in perpetuum franche / et libere, et sine omni nostro nostrorumque retentu, ad officium predictae lampadis et ad omnes alias voluntates vestras inde libere faciendas. Verumtamen constituimus et mandamus ut si de / exitibus predicti furni et domorum eiusdem et melioramentum que in eis facere potueritis prius expensis lampadis supradicte aliquid superfuerit, totum illud quicquid sit et quantum sit deturus / expendatur in libris et pannis et aliis usibus Capelle superius nominate et non in aliis necessitatibus vel officiis ullo modo. Datum Illerde, .XIII. kalendas julii, per manum Ferrarii notarii nostri et / mandato eius scripta a Bononato, Anno Dominice Incarnationis .M.CC.XIII., cum litteris suprapositis in linea nona ubi dicitur *constituta*, sub Era .M.^aCC.^aL.^a prima.

Signum Petri Dei gratia Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis.

Testes huius rey sunt: Hugo de Turre rubea. Guillelmus de Cervaria. Raimundus de Montecatano. Guillelmus R[*aimundi*] senescalcus. Raymundus Gaucerandi de Pinos. R[*aimundus*] de Ripellis. Gombaldus de Ripellis. R[*aimundus*] de Castro vetulo. Bernardus Ermengaudi de Fraxineto. Petrus Balbi. Petrus de Sala.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis²⁵³⁸.

1213 junio, 18. Lleida

1525

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, ratifica a la Iglesia de Tortosa y a su obispo Ponç la donación de la capilla de Alquézar hecha a su antecesor, el obispo Gombau (18 noviembre 1208).

- A. ACTO, Privilegis i donacions reials, n.º 51 (no consultable en febrero de 2003).
- B. Copia s. XIII, ACTO, Cartulario 3, fols. 92r-93v.
- C. Copia moderna en papel, ACTO, Cartulario 9A, pp. 39-41.

Cit.: HUESCA, *Teatro histórico*, VII, p. 267. BAYERRI, *Historia de Tortosa y su comarca*, VII, p. 125. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 134 (de B). SMITH, *Innocent III*, pp. 134 y 215. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 35.

(B) *Privilegium Regis Petri*.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos P[*etrus*], Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, corde bono et animo volenti, per nos et omnes successores nostros damus, concedimus et laudamus et cum hac presenti carta perpetuo duratura auctorizamus et in perpetuum confirmamus vobis Dilecto nostro Pontio eadem venerabili Dertusensi episcopo et successoribus vestris Capellam nostram regiam de Alquezer cum omnibus ecclesiis suis suffraganeis et cum omnibus ad eas

²⁵³⁸ Nota de IBARRA: «Es copia».

iure aliquo pertinentibus habendas, tenendas integre et quiete et possidendas plenarie et potenter per secula cuncta, sicut melius et plenius dici et intelligi potest, ad vestrum profectum et omnium successorum vestrorum, sine omni vinculo et contradictione ac questione, in pace. Volentes que hanc donationem et concessionem firmam et inviolabilem permanente, vobis et successoribus vestris nunc et semper, et hac capelle et suffraganeorum suarum cum iusticiis omnibus earumdem tranquilla vos ac perpetua possessione gaudere, promittimus Deo et vobis et Ecclesie Dertusensis in fide et legalitate nostra nos auctores et defensores fore vobis et successoribus vestris et Ecclesie Dertusensis per secula seculorum in iure et extra iudicium sub quolibet iudice ecclesiastico vel seculari contra omnes ecclesiasticas secularisve personas, et nominatim contra Oscensem et Iaccensem Ecclesias, hanc donationem et concessionem nostram perturbare attemptantes unqua vel ei aliquatenus contra ire. Constat autem quod hanc eandem donationem sive concessionem fecimus libentes et voluntarii bone memorie predecessori vestro Gombaldo Dertusensi episcopo, hoc autem innovantes, ut si quid forte in illa donatione sive concessione quod ad eius firmitatem necessarium esset fuit modo aliquo preter missum, nunc per hoc publicum instrumentum a nobis in presenti confectum eiusque auctoritate et nostra omnem firmitatem et perpetui roboris ac vigoris plenissimum recipiat complimentum. Datum Ylerde, .XIII. kalendas Julii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, Anno Dominice Incarnationis .M.^o.CC.^o Terciodecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitum Barchinone.

Testes huius rei sunt: Raimundus de Montecatano. / Petrus de Ahonesio. Guillelmus de Cervaria. / Assalitus de Gudal. Guillelmus Raimundi senescalcus. / Hugo de Turre rubea. Raimundus Gaucerandi de Pinos. Raimundus de Ripellis. Gombaldus de Ripellis. Raimundus de Castro vetulo. Berengarius de Cervaria.

Ego Ferrarius, Notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 junio, [18-24]

1526

Los condes Raimon VI de Tolosa, Raimon Roger de Foix y Bernart IV de Comenges, junto a un senescal del rey de Aragón²⁵³⁹, se dirigen al castillo (castrum) de Poycelsi al frente de un contingente de tropas hispano-occitanas para levantar el asedio establecido por Guy de Montfort. Tras entrar en el castrum, el senescal dirige una salida para destruir las máquinas de asedio, pero es rechazado. Los condes provenzales se retiran a Tolosa.

PVC, «Testimonios», n.^o 178, §§ 426-427.

*Cit.: HIGOUNET, *Le Comté de Comminges*, I, p. 95. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 682-683. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 212.*

²⁵³⁹ El asedio de Puègçèlsi/Puycelsi se data, según PVC, en el mes de junio y antes de la investidura de Amaury de Montfort, que tuvo lugar en Castelnaudary el día 24. El problema es que el senescal Guillem Ramon de Montcada figura en la documentación real hasta el día 18 de junio (en Lleida), desapareciendo después hasta el 21 de agosto (en Huesca). Los siete días que hay entre el 18 y el 24 de junio no dejan de parecer un tiempo demasiado breve para que el senescal se trasladara de Lleida a Tolosa y, de aquí, a Puycelsi, donde supuestamente combatió a las tropas cruzadas.

[1199-1213] junio

1527

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, recuerda a los tortosinos su obligación de satisfacer el diezmo y la primicia al obispo y a la Iglesia de Tortosa, autorizando al obispo a empeñar los bienes de todos aquellos que osen acapararlos en su beneficio.

[A]. Original no localizado, ACT.

B. ACTO, Cartulario 3, fols. 44v-45.

d. Ed. VIRGILI, *Diplomatari de la catedral de Tortosa*, n.º 588, pp. 213-214.

(d) Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, omnibus hominibus Dertuse, tam maioribus cum minoribus, salutem et gratiam. Non credimus universitatem vestram ignorare qualiter ecclesia venerabilis Sedis Dertose ab antecessoribus nostris fuit fundata et quod idem antecessores ad honorem regie dignitatis specialiter eam retinuerunt et sub regia munitione atque protectione cum omnibus rebus et possessionibus suis inviolabiliter constituerunt. Quoniam, igitur, antecessorum nostrorum vestigia imitantes, eandem ecclesiam cum rebus suis omnibus sub custodia, protectione, defensione esse volumus et destinamus. Per hec presentia fidelitati vestre mandamus et mandando firmiter precipimus quatinus predictam ecclesiam diligentius honoratis et in omni iure suo foveatis. Decimas etiam et primicias, tam de pane et vino quam de piscibus maris et aque dulcis et animalibus et bestiariis vestris et fructibus atque omnibus aliis de quibus decime et primicie dari debent integre et fideliter, in pace sine aliqua diminutione et contradiccione donetis. Notum enim sit universitati vestre quod, si quis presumptuose contra hoc veniret et iura ecclesie scienter retineret iram et indignationem nostram incurreret. Et ad ultimum vero, quare de iure et ratione videtur esse, damus et concedimus licenciam episcopo pignorandi eos qui decimas et primicias et cetera iura sibi et ecclesie abstulerint. In periculum enim anime vestre videretur redundare et etiam quantum ad mundana dedecori [*sic*]²⁵⁴⁰ nobis cedere si iura ecclesiastica que specialiter ad regalia nostra pertinent, tempore nostro contaminari aut aliquatenus diminui et angustari permitteremus.

Datum primum mense iunii [...] ²⁵⁴¹

[1213 marzo-junio]

1527 bis

Felipe Augusto, rey de Francia, escribe al Papa Inocencio III sobre las violencias cometidas por el depuesto emperador Otón IV y le aconseja que no trate más con él, prometiéndole lanzar una ofensiva militar contra el Imperio a principios del verano si a cambio le cede el tercio de las rentas del clero y restablece la paz entre el rey de Aragón y Simon de Montfort.

B. Copia s. XIII, *Registro A de Felipe Augusto*, fol. 73v.

C. Copia s. XIV de B, *Registro B de Felipe Augusto*, fol. 78.

a. Ed. de C, L. DELISLE, *Catalogue de Philippe-Auguste*, n.º 1.251, pp. 517-518.

c. Ed. de B, C. SAMARAN, J. MONICAT y J. BOUSSARD, *Recueil des Actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. III (1 nov. 1206-31 oct. 1215), París, Imprimerie Nationale, 1966, n.º 1.158, pp. 255-256 (data h. 1210).

²⁵⁴⁰ d.

²⁵⁴¹ «El document acaba amb una línia de guions, i sembla incomplet. No inclou ni l'any ni les signatures», d (n. 3).

(c) [...] Adhuc petimus a vobis ut laboretis ad faciendam pacem inter regem Arragonie et Simonem de Monte Forti, quia pacem illam multum scimus necessariam ad negocium Domini de hereticis Albignensibus promovendum [...]

1213 julio, 3. Monzón

1528

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, dona a Pedro, limosnero de la Iglesia de Santa María de Merli, a esta iglesia y a sus capellanes unos cahíces que tiene en la Torre d'en Destre (o des Destre), en la Litera.

A. Original en regular estado con agujeros del sello y confirmación de Jaime I, ACL, Documentos Reales, carp. 21, n.º 29 (R-996).

Reg.: CASTILLÓN CORTADA, «Catálogo del Archivo de la Catedral de Lleida. Fondos de Roda de Isábena», p. 179.

Cit.: SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 36.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, per nos et omnes successores nostros damus domino Deo et vobis fratri Petro questori elemosinarum Sancte Marie de Merle et per vos eidem Ecclesie Sancte Marie de Merle et Capellanibus ibidem Deo servientibus, quos nos et vos in / [eidem?] [...] [aito?] nostri vel vestri successores constituimus aut constituerimus Capellanos et cum hac presenti scriptura perpetuo valitura concedimus et laudamus in perpetuum unam pariliatam, videlicet viginti / et qua[tuor?] kaficiditas terre in Turre illa nostra que quondam fuit d'en Destre, sita in Litera, et terram etiam domum Martini de Rivo, habitatoris de Aren, et Portavini fratris ipsius et / Egl[xidius?] Portavini et eorum bonis habemus et habere debemus ullo modo, vos dicte frater Petre et ipsi Capellani in eadem Ecclesia Sancte Marie de Merle a nobis et vobis et successoribus nostris constituta [...] [ha?]/be[...] libere et teneatis potenter et iure hereditario possideatis, expletetis per vestram francham et propriam ac liberam hereditatem ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde p[rope?] /t[.....]s melius et plenius [dici et intelligi] potest, ad [vestri]us et di[ct]e Ecclesie profectum, commodum et valitatem perfecta cuncta. Sciendum quoque sit omnibus et manifestum quod pro hac d[onacione]/ [accipi]mus et recipimus a vobis dicto fratre Petro tringinta kaficios frumentam et viginti kaficios ordeï de quibus per paccatos nos de vobis sufficienter tenemus. Datum Montis soni, .V. nonas / Julii, per manum Ferrarii Notarii nostri et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, Anno Domini .M.º.CC.º. Tercidecimo.

Signum [signo] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

Signum [signo] Jacobi Dei gratia Regis Aragonum, Comitis Barchinone et Domini Montispessulani, qui hoc laudamus et concedimus ac / perpetuo confirmamus.

[1.ª Col.] Huius rei testes sunt: Berengarius Episcopus Ylerdensis. Assalitus de Gudal.

[2.ª Col.] Guillelmus de Alcalano. Sanccius de Orta. Egidius de Alcalano.

[3.ª Col.] Huius rei testes sunt: Raymundus de Peralta. Raymundus Berengarii d'Agere. Berengarius de Erill.

[4.ª Col.] Guillelmus de Claris vallibus. Jordanus de Petra alta. Gombaldus de Oshar.

[5.^a Col.] Raymundus de Casseras. Gombaldus de Siscar. Arnaldus de Benasc.

[6.^a Col.] Poncius de Castilione. / R[aimundus] repositarius. Enecus de Ayuar.

Sig[signo]num Berengarii de Parietibus, qui mandato domini Regis et Ferrarii Notarii sui hoc scripsit Loco, die et anno prefixis.

1213 julio, 4. Sigena

1529

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, dona a Berenguer de Miralles, maestre del Hospital, el castillo y la villa de Sudanell y la torre de Montoliu (de Lleida).

B. Copia de 19 febrero 1229 en mal estado, ACA, GPC, Pergs., arm. 11, n.º 662.

a. Ed. DELAVILLE-LE ROULX, *Cartulaire*, II, n.º 1.412, pp. 156-157.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 103. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475.

Cit.: PANO, *La Santa Reina Doña Sancha*, p. 121. HIGOUNET, *Le Comté de Comminges*, I, pp. 95-96. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 687. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 201. SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 36 y 37.

(a) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, volentes ea que a nobis data sunt ea confirmatione corroborare ut perpetuum obtinere possint firmitatem, idcirco, corde bono [*et bene*]²⁵⁴² volenti, per nos et omnes successores nostros, laudamus et cum hac presenti scriptura perpetuo duratura concedimus et confirmamus in perpetuum domino Deo et Hospitali Jherosolimitano et vobis dilecto [*nostro*]²⁵⁴³ fratri Berengario de Mirallis, honorando magistro eiusdem Hospitalis, et fratribus ipsius Hospitalis presentibus et futuris castrum et villam de Zudanello et omnes terminos eiusdem heremos et populos, prout melius et plenius in carta donationis inde a nobis domui Hospitalis facta continetur, et nominatim turrem de Monte Holivo, quam de termino ipsius castri de Zudanello in veritate esse profiteamur. Quam etiam turrem, modo in presenti vobis et domui Hospitalis damus, reddimus, concedimus et confirmamus atque restituimus in perpetuum, licet nunc de turre illa injuste et contra donationem quam de ea feceramus domui Hospitalis ex ignorancia potius quam ex certa scientia, ad suggestionem quorundam potestatem, accep[er]imus²⁵⁴⁴. Predictum inquam castrum et villam de Zudanello cum omnibus sibi pertinentibus et debentibus pertinere, et prenominatam etiam turrem de Monte Holivo cum potestate et aliis omnibus que ad eam pertinent et pertinere debent ullo modo, vos et domus Hospitalis et fratres eiusdem presentes et futuri habeatis semper libere et teneatis potenter et jure hereditario possideatis et explicetis per vestram francham, propriam et liberam hereditatem, ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum et alio quocumque modo volueritis alienandum, ad omnes alias voluntates vestras et vestrorum inde perpetuo faciendas, sine omni nostro nostroque retentu et contradictione, in pace, sicut [*melius*]²⁵⁴⁵ et utilius dici et intelli-

2542 a.

2543 a.

2544 a.

2545 [*sanius*], a..

gi potest, ad vestrorum et domus vestre profectum, comodum et utilitatem per secula cuncta. Datum Sexene, IIII nonas julii, per manum Ferrarii notarii nostri et mandato nostro et ipsius scripta a Berengario de Parietibus, anno Dominice Incarnationis²⁵⁴⁶ M.^o.CC.^o. terciodecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.

Huius rei sunt testes: B[*er*]n[*ardus*], comes Convenarum. Assalitus de Gudal. Rodericus de Lisana. Guillelmus de Alcalano. Sancius de Orta. Poncius Hugonis. Poncius de Rabinato. Egidius de Alcalano. B[*ernardus*] Repositarius. Espanol. Et alii quilibet [?] ²⁵⁴⁷.

Sig[*signo*]num Berengarii de Parietibus, qui mandato domini regis et Ferrarii notarii sui hoc scripsit loco, die et anno prefixis.

Ego Guillelmus capellanus de [...] Sancti Pauli Mercatalis Ylerde, qui me pro teste subscribo, et hoc [*signo*] facio.

1213 julio, 4

1530

Ramon, comendador de los Templarios de Palau, rinde cuentas con Pere el monetario por el reparto de los beneficios de los templarios de la moneda por el período del 9 al 23 de junio de 1213, acusando recibo de 27 libras menos 5 denarios, y dando un plazo hasta el 24 de junio.

A. Carta partida por ABC, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.^o 445.

B. Traslado de 1817, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fol. 439v.

a. Ed. BISSON, *FA*, II, n.^o 137, p. 253.

Cit.: BISSON, «Las finanzas del joven Jaime I», p. 164, n. 8, p. 171, n. 38 y p. 185, n. 102, reed. ingl. *Medieval France*, p. 353, n. 8, p. 358, n. 38 y p. 369, n. 102, reed. cat. *L'impuls de Catalunya*, p. 161, n. 8, p. 167, n. 38 y p. 180, n. 102. BISSON, *FA*, I, pp. 127, 139, 143, 245, 247, 248 y 285, n.^o 98.

(A) Notum sit omnibus quod ego frater Raimundus, Comendator Domus Militie de Palatio, / profiteor et recognosco tibi Petro monetario quod recepi a te de directo dicte / domus in moneta, scilicet a secunda dominica junii usque ad quartam dominicam eiusdem mensis, / que fuit vespera sancti Iohannis Baptiste, viginti septem libras minus quinque denariis. / Et ita confiteor dictam Domum paccatam esse de toto suo directo monete, / usque ad prescriptam diem vespere sancti Iohannis. Actum²⁵⁴⁸ est hoc .IIII. nonas Julii anno Domini / .M.CC. terciodecimo.

S[*signo*]num fratris R[*aimundi*] preceptoris domus Militie / de Palatio²⁵⁴⁹. /

S[*signo*]num fratris GERALDI. S[*signo*] Guilelmi Belot.

Sig[*signo*]num Poncii de Serriano, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

²⁵⁴⁶ Domini et incarnationis, *a*.

²⁵⁴⁷ *a*.

²⁵⁴⁸ «La cláusula *Actum* aparentemente añadida», *a*.

²⁵⁴⁹ «Signo y suscripción posiblemente autógrafos», *a*.

1213 julio, 4. Letrán

1531

Inocencio III confirma al rey Pedro el Católico el privilegio de inmunidad concedido por el Papa Urbano II (16 marzo 1095) a los reyes de Aragón.

- B. Copia coetánea, AV, Reg. Vat. 8, fol. 156.
- C. Copia, AS, Libros de BERZOSA, 9, fol. 132.
- a. Ed. PL, 216, cols. 888-889.
- b. Ed. BALUZE, *Epistolarium Innocentii III*, II, 790.
- c. Ed. BOSQUET, *Innocentii III*, 616, n.º 87.
- d. *Bullarium Romanum*, III, p. 283.
- e. Ed. de B, MANSILLA, *Inocencio III*, n.º 507, pp. 550-551.
- f. Trad. fr. fragmentaria ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 694.
- g. Ed. casi completa de e, SMITH, *Innocent III*, p. 135.

Reg.: POTTHAST, n.º 4.773. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475.

Cit.: KEHR, *Papsturkunden in Spanien*, II, p. 121 (orig. AHN). ENGELS, «Privilegios de Pedro el Católico», p. 38 (y comentarios). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 694. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 205. SMITH, *Innocent III*, p. 135.

(e) *Petro illustri regi Aragonensium.*

In privilegio felicis recordationis Urbani pape II predecessoris nostri de verbo ad verbum perspeximus conteneri: «Urbanus episcopus... [texto del privilegio]».

Cum autem adeo personam tuam dilexerimus et diligamus in Domino caritate sincera quod nostris manibus coronavimus te in regem, tuis petitionibus, quantum cum Deo possumus, favorabilem impertientes assensum, predictum privilegium ratum habemus et precipimus inviolabiliter observari; tu ergo, ne inde nascantur iniurie unde iura nascuntur, talem te circa usum prescripti privilegii studeas exhibere, presertim circa id, quod de interdicti et excommunicationis sententiis est predictum, ne propter abusum, quod absit, privari eiusdem privilegii beneficio merearis, qui iuxta canonicas sanctiones privilegium meretur amittere, qui permisa sibi abutitur potestate. Nulli ergo, etc. preceptionis, etc., usque incursum. Datum Laterani, IIII nonas iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

1213 julio, 8. Cranborne

1532

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, ordena en carta sellada armar una nave para el regreso de los enviados del rey de Aragón y el conde de Tolosa.

- a. Ed. T.D. HARDY, *Rotuli Litterarum Clausarum*, 2 vols., Londres, 1843-1844, I, p. 164.
- b. Cit. y ed. fragmentaria GUÉBIN y LYON, *Hystoria Albigensis*, II, p. 134, n. 2.

Reg.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 679. TAYLOR, «Pope Innocent III», pp. 209 y 220. VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 199. SMITH, *Innocent III*, p. 135.

Mandamus vobis quod habere faciatis nunciis Regis Aragonum et nunciis Comitis de Sancto Egidio de baconibus et alia warnestura secundum quod videritis expedire ad navem suam muniendam. T. me ipso apud Craneburnum, VIII. die Julii.

1213 julio, 9

1533

Guillem de Cervera y su hijo Ramon de Cervera reconocen una deuda de 2.180 mazmutinas al monasterio de Poblet y a su abad Pere, de las que 1.000 fueron ya pagadas por el rey de Aragón, actuando su hijo Folc como garante.

A. Original con una confirmación de 18 septiembre 1215, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.110, n.º 4.

Cit.: BISSON, «Las finanzas del joven Jaime I», p. 164, n. 8, reed. ingl. *Medieval France*, p. 353, n. 8, reed. cat. *L'impuls de Catalunya*, p. 161, n. 8. BISSON, T.N., «Coinages of Barcelona (c. 1209-1222): the Documentary Evidence», *Studies in Numismatic Method Presented to Philip Grierson*, ed. C.N.L. BROOKE y otros, Cambridge, 1983, pp. 197-199. BISSON, *FA*, I, p. 133.

In nomine Domini. Notum sit cunctis hominibus quod ego Guillelmus de Cervaria et filius meus Raimundus, nos ambo insimul et unusquisque per se debemus Deo et monasterio Populeti et tibi / Petro abbati eiusdem et universso conventui Duo Milia et Centum Octuaginta mazmutinas novas iuzefias bonas, boni auri rectique pensi. Et est sciendum quod de predictis / mazmutinis dominus Rex dedit vobis Mille per annona emenda ad opus monasterii vestri, quas omnes vobis tenemur persolvere pro domino Rege, quia eas ab eo habuimus et rece/pimus, et ad nostra voluntate bene paccati fuimus, renunciantes inde excepcioni non numerate peccunie, alias vero Mille donamus vobis in remissionem peccatorum nostrorum similiter / ad emendam annonam. Quas scilicet duo Milia mazmutinas, vos mandato nostro et precibus manulevastis pro Centum Octaginta mazmutinas usque ad unum annum. Unde omnes / predictas mazmutinas tenemur vobis persolvere a kalendis augusti proxime futuris usque ad annum, sine omni contradicto et dilacione, promittentes quod non rogabimus vos nec / rogari faciemus de differendis vel manulevandis predictis mazmutinis a predicto termino in antea neque prolongabimus nec prolongari faciemus eas, sed statim eas omnes / vobis persolvemus ad vestram voluntatem. Ad maiorem autem securitatem et utilitatem predicti monasterii, et ut predictum monasterium de vita nostra vel morte in ali/quo non possit falli vel aliquid dampnum incurrere de predictis mazmutinis, uterque nostrum in solidum obligamus vobis et monasterio omnia bona nostra mobilia et immobili/presencia et futura, promittentes vobis bona fiede quod de expletis tocius nostri honoris aliquid non accipiemus vel accipi faciemus donec plenarie vobis satisfactum / sit de omnibus predictis mazmutinis ad predictum terminum ut superius continetur. Renunciamus preterea scienter et consulte excepcioni dividende accionis et ex/cepcioni que solet opponi quod creditor suo pignore sit contentus et omni alii excepcioni que nos iuvare posset. Omnia autem predicta capitula et singula con/cedentes et aprobantes, promittimus Deo et vobis Petro abbati et conventui totum tenere et adimplere sicut superius continetur. Quod est actum .VII. idus Julii / Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tercio Decimo.

Sig[*signo*]num Guillelmi de Cervaria. Sig[*signo*]num Raimundi filii eius, nos qui hoc concedimus et fir/mamus testesque firmare rogamus.

Sig[*signo*]num Folcho, filii domini Guillelmi de Cervaria, qui me constituo debitorem et exsolutorem tocius prescripte peccunie, iam/dicta omnia et singula concedens, obligans omnia mea presencia et futura, renuncians omni excepcioni

et omni alii auxilio, hoc laudo et firmo. .XIII. kalendas octobris Anno Domini / millesimo CC.^oXV.^o²⁵⁵⁰. /

S[*signo*]num Petri Balb[*i*]. Signum [*signo*] B. Vacce. Ego Ferrarius, notarius domini Regis, testis suscribo²⁵⁵¹. Qui huius rei sunt testes, manda/to Domini Guillelmi de Cervaria et [*signo*]Raimundi filii eius: S[*signo*]num Berengarii de Cervaria, filii Arnaldi de Cervaria. S[*signo*]num Raimundi de Belestar, filii / quondam Petri de Belestar, testes firmamenta de Folcho prefato eius mandato. /

Sig[*signo*]num Raimundi Iterii, qui hoc scripsit quo supra.

1213 julio, 10. Ferentino

1534

Inocencio III escribe a Simon de Montfort en defensa de Arnau Amalric, arzobispo de Narbona y legado apostólico, recordándole los beneficios obtenidos gracias a él en la lucha contra los «herejes albigenses» e instándole a respetar sus derechos en el ducado de Narbona.

- a. Ed. *Galliae christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, VI, París, 1739, «Instrumenta Ecclesiae Narbonensis», n.^o LXII, col. 57.

1213 julio, 19. Zaragoza

1535

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, reconoce una deuda a Pedro de Navascués, y le empeña el castillo y la villa de Épila hasta que la satisfaga.

A. ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.^o 449.

B. Traslado de 1817, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fols. 442r-v.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 103 (dice Navascos). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475. SINUÉS Y UBIETO, *El Patrimonio Real en Aragón*, n.^o 0810, p. 147 (de B).

Cit.: BISSON, «Las finanzas del joven Jaime I», p. 164, n. 8-9, reed. ingl. *Medieval France*, p. 353, n. 8-9, reed. cat. *L'impuls de Catalunya*, p. 161, n. 8-9. BISSON, *FA*, I, p. 130. UBIETO, *Historia de Aragón. Los pueblos y despoblados*, II, p. 506 (de SINUÉS). SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 39.

(A) Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, profiteamus et recognoscimus nos debere tibi Petro de Navascos et tuis Mille morabetinos Alfonssinos boni auri et recti ponderis, quos omnes a te recepimus et / habuimus, et tenemus nos inde bene per paccatos a te atque contentos, renunciantes excepcioni non numerate peccunie. Pro his ergo mille morabetinos impigneramus et pro vestro pignore tradimus tibi et tuis castrum et villam de Epila cum omnibus terminis, te/nimentis et pertinenciis suis, cultis et incultis, cum [*omnibus*] hominibus et feminis christianis et mauris ibi habitantibus et habitaturis, cum lez[*dis*...] et pedaticis universis, cum ostibus et cavalcatis earumque redemptionibus [...]] pariis, pediis, toltis, forciis, cenis, / precariis, serviciis, usaticis et aliis ademprivis, cum aquis et cequuis suis, cum montibus et planis, lignis, herbis,

²⁵⁵⁰ Esta data parece de la misma mano, pero por su situación en el doc. podría haber sido añadida después.

²⁵⁵¹ Autógrafo.

pratis, paschuis et pascheriis, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus et expletis [.....]niis, placitis et firmamentis, et cum omnibus omnini aliis / iuribus et causis que et quas ibi habemus et accipimus, vel habere et accipere debemus aliquo jure, aliquo modo, aliqua occasione vel aliqua racione. Ita quod hec omnia et singula supradicta tu dicte Petre de Navascos et tui habeatis, teneatis, possideatis et / expletetis per vestrum pignus integre et sine omni diminucione, et solverimus vobis [*hoc pignus*] totum debitum supradictum. Fructus autem exitus et proventus quos inde interim perceperitis non computentur vobis in sortem vel pagam / debiti supradicti, nam eos omnes vobis damus in donum ex regia liberalitate nostra. Promittimus autem firmiter bona fide quod hoc pignus faciemus vos et vestras habere, tenere, possidere et expletere integre et in pace et ibi aliquid non tangeamus nec / accipiemus nec forciabimus vobis, nec tangi nec accipi nec forciari faciemus vel sinemus ab aliquo, ullo modo, usquequo totum dictum debitum vobis vel vestris fuerit a nobis vel nostris in integrum persolutum. De hoc autem toto attendendo firmiter et complendo, / recipimus vos in Dei fide et nostra legalitate. Datum Cesarauguste, .XIII. kalendas Augusti Era .M.^aCC.^aL.^a prima.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

[1.^a Col.] Testes huius rei sunt: Eximinus Cornelii. Michael de Lusia.

[2.^a Col.] Petrus Ferrandi de Aççagra. Azcenarius Pardi. Petrus de Ahonesio.

[3.^a Col.] Atto de Fozes. Eximinus de Ahivar. Martinus Eneguez.

[4.^a Col.] Matalonus de [*Fre*]scano. Fortunius Azcenariis. Atto Orel[*la*].

Signum [*signo*] Bononati, qui mandato domini regis pro Columbo notario suo hoc scripsit loco, die et era prefixis.

1213 julio [h. 20]. Pujol

1536

Conquista del castillo de Pujol y masacre de la guarnición cruzada a manos de las milicias tolosanas y las tropas catalano-aragonesas acantonadas en Tolosa.

PVC, «Testimonios», n.º 178, §§ 424 y 434-435.

Cansó, «Testimonios», n.º 179, laisse 132, vv. 18-38, 133-134 y 135, vv. 1-7.

Cit.: HGL, 3.^a ed. VI, pp. 419-420. HIGOUNET, *Le Comté de Comminges*, I, p. 96. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 687-691 (y data)²⁵⁵². ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 213-214,

1213 julio, 22. Narbona

1537

Arnau (Amalric), arzobispo de Narbona, comunica a Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, la decisión papal sobre la reactivación de la cruzada contra los herejes y sus protectores, exhortándole a establecer una tregua con el conde de Montfort.

A. Original con sello, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, Apéndice, s/n (carp. 65).

²⁵⁵² Un necrologio data la muerte de Pierre de Ciskey, uno de los caballeros cruzados defensores de Pujol, el 20 de julio.

- B. Copia s. XIX, RAH, «Varios de Privilegios, Bulas y Escrituras del Reino de Aragón y de Cataluña», C-29, fols. 180r-184r.

Cit.: Carta de Mascaró, «Documentos», n.º 1595. PVC, «Testimonios», n.º 178, § 445.

(A) Illustrissimo domino in Christo sibi karissimo P[*etro*], Dei gratia Rex Aragonum et Comiti Barchinone, Frater A[*rnaldus*] eadem gratia Narbonense Archiepiscopus, Salutem et semper in Domino feliciter prosperari. Notum facimus celsitudi-
ne vestre nos recepisse domini Pape litteras sub hac forma: [...] ²⁵⁵³

Monemus igitur serenitatem regiam et ex/hortamur in domino Jesu Christo, et ex parte domini Pape requirimus quatinus tam de treugis faciendis cum Comite Montisfortis quam et de aliis Apostolica monita et consilia efficaciter audiatis, firmam enim spem gerere potestis quod si tam pii patris salubribus monitis et consiliis acquieveritis vobis cedet ad honorem et gloriam et utilitate regni vestri. / Ad hoc certam facimus excellentiam vestram quod non dicimus timori mortis vel pauperitatis quas non multum timeamus, quod apud Deum et homines sincere diligimus et optamus in quantum secundum Deum possumus vestrum et regni vestri profectum et honorem. Datis Narbona, in festo Marie Magdalene.

1213 [julio, 22. Narbona]

1538

Folquet, obispo de Tolosa, comunica a Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, la decisión pontificia sobre la reactivación de la cruzada contra los herejes y sus protectores y le exhorta a establecer una tregua con el conde de Montfort.

- A. Original con restos del cordón del sello, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 444.
A'. Copia con agujero del cordón del sello, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 444 duplicado.

(A) Illustrissimo domino et in Christo sibi karissimo P[*etro*], Dei gracia Regis Aragonum et Comiti Barchinone, F[*ulcho per*] eadem gracia Tolosensi episcopo, salutem semper in Domino feliciter prosperari. Notum facimus celsitudini vestre, nos literas domini Pape recepisse sub hac forma. / [...] ²⁵⁵⁴

Monemus igitur serenitatem regiam et exhortamur in Domino Jesu Christo, / et ex parte Domini Papa requirimus quatinus tam de treugis faciendis cum Comite Montisfortis quam et de aliis apostolica monita et consilia efficaciter audiatis, firmam enim spem gerere potestis quid si tam pii patris salubribus monitis et consiliis acquie/veritis vobis cedet ad honorem et gloriam et utilitate regni vestri. Nos enim sicut vos multum diligimus et semper dileximus, optamus vestrum et regni vestri profectum et honorem.

1213 julio, 24

1539

Arnau Amalric, arzobispo de Narbona, y Folquet, obispo de Tolosa, envían a los abades Guilhem de Grassa y Guiraut de Caunas a negociar con el rey de Aragón con cartas relativas

²⁵⁵³ «Documentos», n.º 1507.

²⁵⁵⁴ «Documentos», n.º 1507.

a la decisión papal de reactivar la cruzada contra los herejes y sus cómplices, rogándole que obedezca las órdenes del Papa.

Carta de Mascaró, «Documentos», n.º 1595.

PVC, «Testimonios», n.º 178, § 445.

Cit.: HGL, 3.^a ed. VI, pp. 420-421. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 693. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 218.

1213 julio, 26. Ariza

1540

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, reconoce una deuda de 700 mrs. a Pedro de Navascués y le empeña el castillo y la villa de Cadrete hasta que la satisfaga.

A. ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 448.

B. ACA, Cancillería, Reg. n.º 287, fol. 118r-v (fol. ant. 60r-v).

C. Traslado de 1817, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fol. 441.

D. Transcr. de A, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CCI.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 103. IBARRA, *Estudio*, I, n.º [466] (de A, falta). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475. SINUÉS Y UBIETO, *El Patrimonio Real en Aragón*, n.º 0657, p. 121 (de B).

Cit.: BISSON, «Las finanzas del joven Jaime I», p. 164, n. 8-9, reed. ingl. *Medieval France*, p. 353, n. 8-9, reed. cat. *L'impuls de Catalunya*, p. 161, n. 8-9. BISSON, *FA*, I, p. 130. UBIETO, *Historia de Aragón. Los pueblos y despoblados*, I, p. 313 (de SINUÉS). ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 201. SMITH, *Innocent III*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 39.

(A) Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, profitemur et recognoscimus nos debere tibi Petro de Navascos et tuis septingentos morabetinos alfonssinos boni auri et recti ponderis, de quibus nos tene/mus bene et sufficienter a te per paccatos, renunciantes exceptioni non numerate pecunie. Pro hiis ergo morabetinis omnibus impignoramus et pro tuo pignore tradimus tibi et tuis castrum et villam de Quadroto cum omnibus terminis, / tenimentis et pertinenciis suis, cultis et incultis, cum hominibus et feminis christianis et mauribus ibi habitantibus et habitaturis, cum ostibus et cavalcatis earumque redemptionibus, cum questis, peitis, pariis, pedidis, toltis, forciis, cenis, precariis, serviciis, / usaticis et aliis omnibus ademprivus, cum aquis et cequius suis, cum montibus et planis, lignis, pratis, pascuis et pascheriis, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus et expletis, cum coloniis, placitis et firmamentis et cum omnibus / omnino aliis iuribus et causis que et quas ibi habemus et accipimus et habere et accipere debemus aliquo iure, aliquo modo, aliqua occasione vel aliqua ratione, ita quod hec omnia et singula supradicta habeatis, teneatis, possideatis et explotetis tu / et tui per vestrum pignus integre et sine omni diminutione in pace, tamdiu donec nos vel nostri reddiderimus et persolverimur vobis totum debitum supradictum. Fructus autem exitus et proventus quos inde interum perceperitis non computentur vobis in sortem vel pa/gam debiti supradicti, nam eos omnes vobis damus in donum ex regia liberalitate nostra. Promittimus autem bona fide quod totum hoc pignus faciemus vos et vestros habere, tenere, possidere et explotare integre et in pace, et ibi aliquid non tan/gemus nec accipiemus nec forciabimus vobis nec tangi nec accipi nec forciari faciemus vel sinemus in aliquo ullo modo, usquequo totum predictum debitum fuerit vobis vel vestris vel cui vos mandaveritis verbo vel scripto

a nobis vel nostris inde / integre persolutum. De hoc autem toto attendendo firmiter et complendo recipimus vos in Dei fide et nostra legalitate. Datum Fariççe, .VII. kalendas Agusti Era .M.^oCC.^oL.^o Prima.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis.

[1.^a Col.] Testes huius rei sunt: Eximinus Cornelii. Michael de Lusía.

[2.^a Col.] Petrus Lupi de Sadava. Petrus Eneguez. Martinus Gil de Lehorí.

[3.^a Col.] Eximinus Lupi de Artasona. Magister Martinus, medicus domini Regis. Eleazarius, Repositarius Aragonum.

Signum [*signo*] Bononati, qui mandato domini Regis pro Ferrario notario suo hoc scripsit loco, die et era prefixis²⁵⁵⁵.

1213 julio, 28. Palencia

1541

Alfonso VIII, rey de Castilla, dona a Alfonso Téllez la villa de Palazuelos.

A. AHN, Palazuelos.

a. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.º 907, pp. 587-588.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(a) [...] videlicet anno quo ego supradictus [*rex*] A[*dephonsus*] Almiramomelinum, regem Cartaginis, campestri prelio superavi cum Dei misericordia et meorum auxilio vasallorum.

1213 julio, 31. Palencia

1542

Alfonso VIII, rey de Castilla, concede la villa de Madrigalejo al Hospital Real de Burgos.

B. Copia de 1594 sin sanción, Biblioteca Colombina (Sevilla), ms. 85-5-11.

a. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.º 908, pp. 589-590.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(a) [...] videlicet anno quo ego predictus rex A[*dephonsus*] Almiramomelinum, regem Cartaginis, campestri prelio superavi Dei misericordia et meorum auxilio vasallorum.

1213 agosto, 8. Carrión

1543

Alfonso VIII, rey de Castilla, confirma una avenencia de los concejos de Palencia y Dueñas sobre pastos.

B. Pub. de 1679-1680 de P. FERNÁNDEZ DEL PULGAR, *Teatro clerical, apostólico y secular de las iglesias catedrales de España. Historia secular y Eclesiástica de la Ciudad de Palencia*, 3 vols., Madrid, 1679-1680 (reprod. fasc. Palencia, Caja de Ahorros y Monte de Piedad, 1981), II, pp. 265-266.

²⁵⁵⁵ Nota de IBARRA: «Letra de Bononato todo el doc.».

a. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.º 909, pp. 590-592.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(a) [...] videlicet anno quo ego predictus rex Adepbonsus Almiramomelinum, regem Cartaginis, campestri prelio devici non meo merito sed medio servitio vasallorum meorum.

1213 agosto, 15. Huesca

1544

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, concede al monasterio de Sigena una finca situada junto a Huesca, propiedad de María de Narbona, dama de servicio de la reina Sancha, con todos sus bienes, penando con 1.000 áureos a los vecinos o adelantados de Huesca que impongan algún coto o nuevo establecimiento sobre los habitantes de dicha finca o sobre la priora Ozenda.

[A]. Original con sello de plomo, AMSI.

B. Confirmación de Jaime II en Zaragoza a 7 julio 1304, ACA, Cancillería, Reg. n.º 202, fol. 169r-v.

Cit.: SÁINZ DE LA MAZA, *El monasterio de Sigena*, n.º 203, p. 67-68. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 40.

Priorisse monasterii de Xixena

²⁵⁵⁶In Christi nomine. Sit cunctis quod nos P[*etrus*], Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, attendentes quod qui sua largiuntur Ecclesiis et locis Religiosis non videntur suum patrimonium diminuere set augere, cum in donationibus Ecclesiarum immensitatis optima sit mensura, corde bono et spontanea voluntate, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, damus, concedimus, laudamus, cum hac presenti publica scriptura perpetuo valitura, domino Deo et eius gloriose genitrici semper virgini Marie et vobis dompne Otzende venerabili priorisse et per vos domui et Conventui de Sexena presentibus et futuris in perpetuum omnes illos homines et feminas, cum omnibus rebus et possessionibus suis mobilibus et immobilibus et se moventibus, qui, per manum vestram et prefati Conventui aut per manum earum que vobis succederint in prioratis, manserint in capite manso dilecte et fidelis nostre Marie de Narbona quod est apud Oscham. Quod quidem capud mansum et dictam Mariam et omnes eius successores in dicto capite manso habituros emfranchimus, diu est, cum cartam nostram. Unde iterum Deo et vobis et domui de Sexena eiusque conventui, in perpetuum emfranchimus et franchos, liberos, quietos, ingenuos et immunes facimus omnes homines et feminas et eorum successores cum omnibus bonis suis habitis et habendis, qui per vestram aut dicti omnium manum et voluntatem manserint in dicto capite manso, ab omni oste et cavalcata earumque redempcione et ab omni questia, peyta, paria, tolta, forcia, prestito, pedido, ademprivo, bovatico, monetatico, succursu, servicio et compenso et ab omni servitute et fazendera et exaccione sive demanda regali et vicina-

²⁵⁵⁶ *Preceden las fórmulas del traslado:* Noverint universis quod nos Ja[cobus], Dei gratia et cetera, visa quadam Carta cuiusdam privilegii per illustrem dominum Petrum / olim Regem Aragonum ac Comitem Barchinone, dompne Otzende olim priorisse monasterii [*escrito entre líneas*] de Sexena et domui ac Conventui / eiusdem Monasterii concesso a predicti domini Regis, Bulla plumbea roborata cuius tenor est:

li. Ita quod vobis vel seniori aut maioridomus vel alicui aliquam personam non faciant nec facere teneantur nunquam aliquod predictorum servitorum aut quacumque aliud ullo modo nisi cum vobis et domui ac conventui sui de Sexena. Mandamus ergo, precipientes firmiter et districte, quod aliquis baiulus vel vicarius aut iusticiis sive zalmedina vel senior aut maiodomus vel repositarius aut saio vel peytarius sive quilibet alius homo nostro vel alienus non possit nec audeat unquam ab illis qui in sepedicto capite manso manserint aut [*de*] rebus eorum aliquibus exigere vel accipere hac predicta vel horum aliquid a quibus eos proprio emfranchimus, aut distringere aut compellere in propriis vel nolius ad ea vel eorum aliquid dandum vel faciendum aliquo modo aliquo casu, aliqua occasione, aliqua causa vel aliqua racione. Item statuimus firmiter et mandamus quod christiani sive adenantati Oscensis non possint nec audeant unquam super habitantes vel habitaturos in dicto capite manso vel super res et possessiones quaslibet eorumdem vel familie sue imponere aliquod comuni vel aliquod novum stabilimentum vel consuetudinem ullo modo nec ipsi habitantis nec habitaturi teneantur unquam observare vel tenere comuni aut stabilimentam vel consuetudinem, si qua forte facta fuerint a vicariis vel juratis aut adenantatis Civitatis Oscensis. Quicumque autem contra hanc cartam venire in aliquo attemptaverit, iram Dei omnipotentis ac sue genitricis incurrerat, et cum Datan et Abiron in inferno permaneat inferiori, et penam mille aureorum, excepta ira nostra, dampno illato prius restituto, in duplum se noverit sine aliquo remedio incursum. Datum Osce, .XVIII.º. kalendas septembris Era M.ªCC.ªL.ª prima.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

Testes huius rei sunt: Dompnus Garsias, episcopus Oscensis. Dompnus R[*aimundus*], episcopus Cesarauguste. Dompnus Garcias, episcopus Tirasone. Eximius Cornelii. Michael de Lusía. Azcenarius Pardi. Atto de Foces. Eximius de Ayar. Arnaldus Palazini. Arnaldus de Alascuno. Petrus de Ahonesio. Rodericus de Lizana. G[*uillelmus*] de Podio. Matalonus de Frescano. Johannis Pictavinus, merinus Oscensis.

Signum [*signo*] Bononati, qui mandato domini Regis pro Fferrario notario suo hoc scripsit loco, die et era prefixis²⁵⁵⁷.

1213 [julio, 24-agosto, 16]

1545

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, entrega cartas de respuesta a los abades Guilhem de Grassa y Guiraut de Caunas, enviados del arzobispo Arnau Amalric de Narbona y del obispo Folquet de Tolosa, en las que manifiesta su condición de hijo de la Iglesia Romana y de fiel servidor suyo.

Carta de Mascaró, «Documentos», n.º 1595.

PVC, «Testimonios», n.º 178, § 445.

Cit.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, pp. 693 y 695. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 219.

²⁵⁵⁷ Siguen las fórmulas del traslado.

1213 agosto, 17. Lieja

1546

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, comunica al conde Raimon VI de Tolosa que le envía dos hombres suyos, el camarero real Geoffrey de Neville y Philip de Aubigné, anunciándole que después de Pentecostés (18 mayo) estará preparado para acudir con todo su poder en auxilio suyo y de otros amigos y vasallos suyos.

- a. Ed. RYMER, *Foedera*, I, p. 114.
- b. Trad. ing. fragmentaria, VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74.

Reg.: HARDY, *Rotuli*, I, p. 164.

Cit.: GUÉBIN Y LYON, *Hystoria Albigensis*, II, p. 134, n. 2. TAYLOR, «Pope Innocent III», pp. 209 y 220. VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74. SMITH, *Innocent III*, p. 135.

Rex, dilecto sibi Raymondo duci Narbone et comiti Tholous, etc. Mittimus ad vos dilectos et fideles nostros G[*uillelmum*] de Nevill camerarium nostrum et Philip-pum de Albiniaco, qui vos de statu nostro et esse nostro plenius certificabunt, quibus precipimus quod vobis et agendis vestris congruum et efficax auxilium de nostro faciant, dummodo vos constanter et fideliter, prout decet, secundum verba inter nos prelocuta, erga nos habuistis.

Vos autem rogamus quatinus agendis nostris, que vestris reputamus, ita strenue et viriliter intendatis, quod vos inde commodum et nos honorem consequi valeamus.

Sciatis igitur nos, post festum Pentecostes, moram fecisse in partibus marinis Anglie, parati cum posse nostro et navigio magno ad veniendum ad vos, ad consulendum et auxiliandum vobis, et aliis amicis et fidelibus nostris.

Set per magnum venti quantitatem in Anglia moram facimus hac yheme et nullo modo omitemus quin ad vos in novitate temporis futuri, cum toto posse et auxilio, per gratiam Dei, veniamus unde vos et ceteri amici nostri gaudium habebitis.

Teste meipso, apud Luteg' XVII. Die Augusti.

1213 agosto, 17. Lieja

1547

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, anuncia a Guiu, conde de Alvernia, que después de Pentecostés (18 mayo) estará preparado para acudir con todo su poder en auxilio suyo y de otros vasallos, como podrá confirmarle «Alelinus», caballero del conde en la corte Plantagenet, y le comunica que le envía dos hombres suyos, el camarero real Geoffrey de Neville y Philip de Aubigné, con dinero, rogándole que negocie con ellos en secreto.

- a. Ed. RYMER, *Foedera*, I, p. 114.

Reg.: HARDY, *Rotuli*, I, p. 164.

Rex, comiti Guidoni de Alvernia, etc. Grates vobis multas referimus de bono et fidei servitio vestro, et de diligentiam et solitudine quam expeditioni commodi et honoris nostri semper, vestri gratia, impendistis.

Et sciatis quod in festo Pentecostes moram fecimus super marinam, parati et totum posse nostrum apponentes ad transfretandum in partes vestras, sicut Alelinus miles vester, qui presens aderat, plenius vobis dicere poterit.

Set tandem, cum nec voluntati Dei nec venti quantitati possumus contra ire oportet nos in instanti yheme, nobis et invitis, in Anglie morari; et modis omnibus, per Dei gratiam, proposuimus in novitate tempiris futuri, cum ad presens non possumus ad vos venire in auxilium et succursum vestri et aliorum fidelium nostrorum et defensionem terre vestre. Et premittimus ad vos dilectos et fideles nostros G[*uillelmum*] de Nevill camerarium nostrum et Phillippum de Albiniaco, per quos vobis mittimus de pecunia nostra, cum plus inde processu temporis mittemus, quia vobis nec possumus nec debemus deficere.

Et vos rogamus quatinus ad talem locum accedatis ubi predicti fideles nostri vobiscum possint colloquium habere; quedam enim secreta verba vobis per eos mandamus, que litteris commendare nolumus; et vos fidele me habeatis hiis que vobis dicent ex parte nostra ad fidem, commodum et honorem vestrum.

Negotiis vero et agendis nostris fideliter et viriliter, sicut hactenus nostri gratia fecistis, semper de bono in melius intendatis; et voluntatem vestram in omnibus, et statum vestrum nobis crebro significetis.

Teste meipso, apud Luteg' decimo septimo die Augusti.

1213 [agosto, 17. Lieja]

1548

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, comunica al rey de Aragón Pedro el Católico que ha recibido a su enviado secreto Guillermo de Guerrer y le propone un pacto, anunciándole que le ha enviado dos hombres suyos, el camarero real Geoffrey de Neville y Philip de Aubigné, para certificarlo, si bien le expresa que es su voluntad contar con el acuerdo del Papa.

- a. Ed. RYMER, *Foedera*, I, p. 113.
- b. Trad. ing. fragmentaria, VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74²⁵⁵⁸.

Reg.: HARDY, *Rotuli*, I, p. 164.

Cit.: CHENEY, Ch.R., *Innocent III and England*, «Päpste und Papsttum», band 9, Stuttgart, 1976, p. 357. VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74. SMITH, *Innocent III*, p. 135.

Littere Regis Anglie, Petro regi Aragone. Rex per eadem gratia, regi Aragone, etc. Grates vobis multas referimus de privato verbo quod nobis mandastis per fidelum vestrum Willielmum de Werrer', set, quia nullam super eo habuimus certitudinem, nisi ex dictis ipsius Willielmi, transmittimus ad vos dilectos et fideles nostros G[*uillelmum*] de Nevill camerarium nostrum et Phillippum de Albiniaco, ut per illos nos plenius certificetis. Et vos rogamus quatinus super hoc diligentius habeatis tractatum, et negotium illud in omnibus ita affirmare curetis, ut citius, quod incepimus, expediatur, et nos, per eosdem, de voluntate vestra in omnibus reddatis certiores.

Voluntas enim nostra est, ut rebus inter nos et vos ad invicem plenius affirmatis, negotium nostrum, de assensu et autoritate domini Pape, sine difficultate, ad optatum perducatur effectum.

²⁵⁵⁸ VINCENT observa que la alusión a Inocencio III es «a naïve or a mendacious suggestion this, despite the fact between May and July 1213 John had made his own peace with Rome» («England and the Albigensian Crusade», p. 74).

1213 [agosto, d. 17. Lieja]

1549

Juan Sin Tierra, rey de Inglaterra, envía dos hombres suyos, Geoffrey de Neville, camarero real, y Philip de Aubigné al rey de Aragón, al conde de Tolosa y al conde (Guiu) de Alverna con cartas selladas.

- a. Ed. RYMER, *Foedera*, ed. A. CLARKE y F. HOLBROOKE, Londres, 1816-1830, I, pp. 113-114²⁵⁵⁹.

Cit.: GUÉBIN Y LYON, *Hystoria Albigensis*, II, p. 134, n. 2. TAYLOR, «Pope Innocent III», pp. 209 y 220. VINCENT, «England and the Albigensian Crusade», p. 74. SMITH, *Innocent III*, p. 135.

1213 agosto, 19. Burgos

1550

Alfonso VIII, rey de Castilla, concede al arzobispo Rodrigo (Jiménez de Rada) de Toledo las iglesias y los diezmos de Alcaraz y de otros términos recién conquistados a los musulmanes.

- B. AHN, Cód. 996-B: Liber privilegiorum Toletanae Ecclesie, I, fols. 23v-24r.
b. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.º 910, pp. 592-594.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(b) [...] summi Patris sapientia est, summus Pater devincit superbum et humiliat ut vulneratum, eius vero sapientia in hoc manifeste claruit quod regem Marroquitatum Mafomat almiramomelin, cuius potestati non est potestas super terram que possit comparari, qui factus est ut neminen timeret, qui solus occupat terciam partem tocius orbis que Affrica dicitur, et de alia tercia, scilicet de Europa, in Hyspaniis usque ad triginta diocesis, que quondam partem christiano cultui subfuerant, noscitur occupare, qui etiam in superbia elatu tanquam Lucifer omnibus crucem Christi adorantibus indixit campestre bellum, hunc inquam regem per nostre parvitatit misterium, venientem multitudinem maximam et commitantem cultum destruere christianum apud Navas de Tolosa sternere per Sancte Crucis victoriam campestri bello misericorditer est dignatus, ubi cesis de suis ferme ducentis milibus armatorum, ipse fugacis vehiculo et fuge presidio est salvatus. Cum itaque retribuere Domino pro his que nobis retribuit non sufficiamus, saltem de his que tribuit matri sue pro parvitatit nostre titulo modulo retributionem aliquam laboramus. [...]

II.º anno quo ego predictus rex A[*dephonsus*] regem Cartaginis apud Navas de Tolosa non meo merito devici sed Dei misericordia et meorum auxilio vasallorum.

1213 agosto, 20

1551

Simon de Montfort, recordando el interés de su madre Amicie en el monasterio de Grandchamp desde su fundación, le concede, para la salvación de su padre Simon, una renta de 2 sextarios de sal a tomar en el puerto de Conflans a recibir el día de la Exaltación de la Santa Cruz.

Reg.: MOLINIER, «Catalogue», n.º 70a, p. 468. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475.

²⁵⁵⁹ Agradezco a Damian J. Smith el haberme facilitado copia de esta fuente.

1213 agosto, 21. Huesca

1552

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, da permiso a Bononat para construir un horno en el arenal occidental de Barcelona en recompensa por sus buenos servicios.

B. Copia incompleta s. xv, ACA, Real Patrimonio, BGC, Reg. 124, fol. 29v.

C. Copia s. xv, ACA, Real Patrimonio, BGC, Reg. 124, fol. 55r-v.

a. Ed. fragmentaria ORTÍ, *Renda i fiscalitat*, p. 215, n. 508.

Cit.: ORTÍ, *Renda i fiscalitat*, pp. 114 y 215.

(C) In Christi nomine. Sit [no]tum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, propter multa et gratia servicia quo tu fidelis noster Bononatus nobis diu fideliter et studiose fecisti, bono animo et spontanea voluntate, cum hac presenti publica scriptura perpetuo valitura damus, concedimus et laudamus tibi et tuis plenam licenciam et liberam facultatem construendi et faciendi furnum ad deconquendos panes et ad alia deconquenda que in furno decoqui solent in parte tua illarum domorum quas tu et frater tuus Guillelmus Ursi habetis in suburbio Barchinone ad Regumir juxta portale Daraçane vel in illa plazcia que est ante ipsas domos a parte maris, si eam a Companno, clerico de Cigiis, habere potueris emptione vel acquisitione seu alio justo modo, aut in alio loco sive fundo si quem habere potueris emptione vel acquisitione aut commutatione seu alio justo modo in illo spacio terre quod est a predicta Daraçana usque ad Cagaellum, in quocumque scilicet horum locorum malueritis dictum furnum construere et fieri, nemini te vel tuos ad hoc vel super hoc prohibere aut impedire sive contrariare aliquatenus attemptante. Hunc itaque furnum cum omni emolumento et omnibus redditibus et exitibus atque proventibus quod et qui inde unquam provenirint et potuerint pervenire tu et tui habeatis et plenarie teneatis, potenter et jure hereditario possideatis integre et sine omni diminutione in pace per secula cuncta, ad omnes tuas tuorumque voluntates inde libere faciendas sine vinculo et contradictione cuiuslibet persone, sicut melius et plenius dici, scribi, intelligi vel excogitari potest, ad tuum tuorumque profectum et bonum intellectum, salvo tamen censu et senioratico que altare Sancti Silvestris Sedis Barchinonense et coheredes eius habent in domibus et plazcia supradictis. Quicumque autem contra hanc cartam venire in aliquo attemptaverit iram et indignationem nostram et penam Mille aureorum dampno illato prius restituto in duplum, se noverit sine aliquo remedio incursum, nulla alia carta facta vel facienda sive in aliquo nunquam contra ire vel aliquos prememoratum generare valenti. Datum apud Oscam, .XII.º kalendas septembris anno Dominice Incarnacionis Millesimo Ducesimo Terciodecimo, per manum Berengarii de Olzina notarii nostri et mandato eius scripta cum litteris rasis et emendatis in linea secunda ubi dicit *laudamus* et cum suprapositis in linea XI. ubi dicit *illato*.

Signum [*signo*] Petri Dei gracia Regis Aragonum et Comitum Barchinone.

[1.ª Col.] Testes huius rei sunt: Raymundus de Montecateno. G[*uillelmus*] Raymundi senescallus. Berengarius de Paretis.

[2.ª Col.] Eximinius Cornelii. Michael de Lusía, maiordomus Aragon[*is*]. Arnaldus Palatini. Azcenarius Pardi.

[3.ª Col.] Eximinius de Haivar. Arnaldi de Alascuno. Petrus Pardi. Petrus Lahini.

[4.ª Col.] Martinus Eneguez. Matalonus de Frescano. Martinus Lupi de Novar, partarius nundinis Regis Aragonum.

Ego Berengarius de Ulzina, notarius domini Regis [h]oc scribi feci mandato ipsius loco et anno prefixis.

1213 agosto, 22. Huesca²⁵⁶⁰

1553

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, promete a la Iglesia de Tarragona, en la persona de su arzobispo Ramon (de Rocabertí) y de su preboste Ramon (de Sant Llorenç), que no exigirá impuestos en la ciudad de Tarragona ni en todo su término, y confirma todos los privilegios concedidos a dicha iglesia por sus antecesores y por él mismo*²⁵⁶¹.

- B. Traslado de 29 enero 1291, AHT, Pergaminos municipales, cal. 1, n.º 6 (12).
- C. Traslado de 26 enero 1351, AHN, Clero, Catedral de Tarragona, carp. 2.877, n.º 1, 6.
- D. Traslado de 7 junio 1356, AHT, cal. 1, n.º 3, 4.
- [E]. Traslado de 29 octubre 1398.
- F. Traslado de 10 julio 1400 de B, AHT, cal. 1, n.º 6 (13).
- G. Traslado de 15 diciembre 1413 de E, AHT, cal. 1, n.º 6 (14).
- H. Copia s. XV, ACA, Cancillería, Reg. n.º 3, *Varia III Alfonso I*, fol. 29r-v²⁵⁶².
- I. Copia s. XVIII sacada de un libro en pergamino del Archivo de la Iglesia de Tarragona, RAH, «Varios de Privilegios, Bulas y Escrituras del Reino de Aragón y de Cataluña», C-28, fols. 154r-155r.
- J. Transcr. de H, IBARRA, *Estudio*, II, n.º CCII.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, p. 103. IBARRA, *Estudio*, I, n.º [467] (de H, falta). ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475.

Cit.: MORERA, *Tarragona Cristiana*, I, p. 549. BLANCH, *Arxiepiscopologi*, II, cap. XXI, p. 130. VENTURA, *Pere el Catòlic*, p. 207. ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 695. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 193 y 201. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 41.

(B) In Christi nomine. Sit notum cunctis quod Nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, profitemur et in veritate recognoscimus per nos et omnes successores nostros cum hac presenti publica scriptura perpetuo valitura vobis Raimundo venerabili Archiepiscopo et Raimundo preposito Terraconensi et successoribus vestris et Ecclesie vestre in perpetuum quod non habemus nec debe-

²⁵⁶⁰ MORERA menciona dos docs.: uno de 22 de agosto y otro de 11 septiembre, fecha esta última que podría derivar de la confusión con la data de las 11 calendas de septiembre que figura en el doc. En el AHT no consta ningun doc. de fecha 11 de septiembre.

²⁵⁶¹ Según MORERA, los docs. de 22 de agosto y 11 de septiembre «inducen á creer con fundamento que [Pedro el Católico] había recibido recursos de la citada Iglesia, si no en hombres, por lo menos, en dinero, para los gastos de la empresa en el territorio invadido por los cruzados; y es preciso hacer hincapié en dicha circunstancia para justificar que no existía por parte de la Mitra la más remota sospecha de que el monarca tratara de prestar ayuda á los herejes, ni tenía relación alguna con ellos, sino que su acción se limitaba á que su color de la herejía, no se le despojase de los dominios ultrapirenaicos de que era señor supremo» (*Tarragona Cristiana*, I, p. 549).

²⁵⁶² En H, I y J falta el primer testigo de las columnas segunda, tercera y cuarta, esto es, Ramon de Ribelles, Jimeno Cornel y Ato de Foces, pero parece tratarse del mismo doc.

mus habere vel facere aut exigere in Civitate Terracone vel in campo sive in toto territorio eius aliquam questiam, toltam, forciam aut aliquam aliam exactionem sive demandam, aliquo modo, aliqua causa, aliqua occasione, aliqua necessitate vel aliqua ratione. Et si forte ibi habemus vel habere debemus aut possumus aliquam questiam, toltam, forciam, exactionem sive demandam, eas omnes vobis et successoribus vestris et Ecclesie vestre, ob remedium et salutem anime nostre et parentum nostrorum, gratis et voluntarie remittimus, in perpetuum evacuamus, concedimus et donamus, statuentes et precipientes firmiter in perpetuum quod nos vel successores nostri vel aliquis pro nobis aut nomine nostro non exigamus nec faciamus nec exigere nec facere nec habere possimus unquam in locis predictis hec predicta vel horum aliquid, nec etiam habitatores predictorum locorum aut aliquem eorum ad hec vel horum aliquid dandum vel solvendum compellemus seu distringemus aut compelli vel distringi faciemus aliquo modo, aliquo casu, aliqua necessitate, aliqua occasione vel aliqua ratione. Ad hec laudamus, concedimus et confirmamus vobis et Ecclesie vestre in perpetuum omnia instrumenta et privilegia que habetis a nostris antecessoribus et a nobis, ipsis decernentes ac firmiter statuentes ea omnia et singula hunc et semper obtinere robur perpetue firmitatis. Datum Osce, .XI. kalendas Septembris, per manum Fferrarii notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, Anno Dominice Incarnationis M.^o.CC.^o. Terciodecimo.

Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone.

[1.^a Col.] Testes huius rei sunt: Raimundus de Montecatano. Guillelmus Raimundi Senescalcus.

[2.^a Col.] Raimundus de Ripellis. Berengarius de Cervaria. Berengarius de Petra mola²⁵⁶³.

[3.^a Col.] Eximinius Cornelii. Michael de Lusía²⁵⁶⁴. Azcenarius²⁵⁶⁵ Pardi.

[4.^a Col.] Atto de Fozes²⁵⁶⁶. Arnaldus Palacini²⁵⁶⁷. Arnaldus de Alascuno.

Sig[*signo*]num Berengarii de Olzina, notarii domini Regis.

Ego Ferrarius, notarius domini Regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 agosto, 22. Huesca

1554

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, promete a la Iglesia de Tarragona, en la persona del arzobispo Ramon (de Rocabertí) y de su preboste Ramon (de Sant Llorenç), no enajenar sin su licencia la ciudad de Tarragona ni las villas de Cambrils, Valls, Vilallonga (del Camp), Vilagrassa y Alcover u otras de su término aunque tuviera necesidad de ello,

²⁵⁶³ Peramola, *H.*

²⁵⁶⁴ Lucia, *H.*

²⁵⁶⁵ Assenarius, *H.*

²⁵⁶⁶ Fozces, *D.*

²⁵⁶⁷ Palcini, *H.*

incluyendo en dicha promesa a su hijo o a su heredero en el reino de Aragón y en el condado de Barcelona, y jurando el senescal Guillem Ramon de Montcada como garante del rey.

- B. Copia incompleta en papel en regular estado, ACA, Cancillería, Cartas Reales, Extra-Series, caj. 1, n.º 28, 1.

Cit.: MONSALVATGE, *Noticias históricas*, XIX (Girona, 1908), p. 296 (data diciembre). MORERA, *Tarragona Cristiana*, p. 549. CATALÀ, «Castell de l'arquebisbe i esment del castell d'Espinavessa», *Els castells catalans*, III, p. 584 (data 23 novembre). CATALÀ i ROCA, P., BRASÓ i VAQUÉS, M. y FLUVIÀ, A. de, «Expressió castellera de la Tarragona medieval», *Els castells catalans*, IV, pp. 76-90, esp. p. 80 (data diciembre). CATALÀ, «Comentari marginal (Baix Camp)», *Els castells catalans*, IV, p. 183 (data diciembre). FONT RIUS, «Franquezas», pp. 126 y 128. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 134. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 41.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, [*corde bono et spontanea*] voluntate, per nos et omnes successores nostros, cum hac presenti [*publica scri*]ptura perpetuo valitura promittimus et convenimus firmiter bona fide vobis Raymundo venerabili archiepiscopo et Raymundo preposito Terrachonensi et successoribus [*vest*]ris et Ecclesie vestre, in perpetuum, quod Civitatem Tarracone vel villas de Cambrils, de Vallibus, de Vilalonga, de Vilagrassa, de Alcoa[*ri*]o, vel termino aut habitatores earum, vel alios honores quos tenemus per Ecclesiam Terrachone non donemus vel vendamus nec impignoramus ne in feudum concedamus nec commutemus nec alio quolibet modo vel contractu alienamus alicui persone vel aliquibus personis unquam aliquo modo, aliquo casu vel aliqua neccesitate sine licencia [*vestra*] vel successorum vestrorum, nisi [*tantum*] filio nostro vel illi heredi qui nos successerit in Regnum Aragonum vel in Com[*itat*]u Barchinone. Omnia predicta nobis et [*success*]oribus [*nostris*] specialiter integre et sine diminutione aliqua retineritis, salvis tamen atque retentis [*omnibus hiis*] que [*in vest*]ris et Ecclesie vestre instrumentis et privilegiis continentur. De hoc [*autem toto at*]tendendo firmiter et complendo recipimus vos et s[*uccessores vestros per*] nos et successores nostros in Dei fide et nostra [*legalitate, et ins*]uper damus in vobis [*j*]uratore[m] dilectum nostrum Guillelmum R[*aymundi*] Senescalcum, cui mandamus jura[*r*]e super animam nostram, tactis corporaliter sacrosanctis .IIII^{or}. Dei Evangeliiis, [*quod hec*] omnia supradicta [*vobis et successoribus*] vestris, et Ecclesie vestre attendantur et compleantur a nobis et successoribus nostris, [*bona fide et sine aliquo ingenio*] et enganno.

[*Et*] ego [*Guillelmus Raymundi Senescalcus,*] mandato domini [*Regis,*] juro super animam eius, tactis corporaliter sacrosanctis .IIII^{or}. [*Dei*] Evangeliiis coram me positus, quod hec omnia, ut superius sunt expressa, attendantur et compleantur ab eo et successoribus suis vobis [*et succe*]ssoribus vestris et Ecclesie vestre, bona fide sine aliquo in[*g*]enio et enganno, ut melius et pl[*enius di*]ci vel intelligi potest, ad vestrum et Ecclesie vestre profectum. Datum [*Osce,*] .XI. kalendas Septembris, per manum Ferrarii notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, anno Dominice Incarnationis .M.^o.CC.^o. terciodecimo.

Sig[*signo*]num Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitum Barchinone [*Signo*] G[*uillelmi*] R[*aymundi*] Senescalci, qui laudo et firmo.

[*I.^a Col.*] Testes huius rey sunt: R[*aimundus*] de Montecathano. R[*aimundus*] de Ripellis.

[2.^a Col.] Berengarius de Cervaria. Berengarius de Perexeni. Berengarius de Peramola. Eximinius Cornelii.

[*Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis*].

1213 agosto, 22. Burgos

1555

Alfonso VIII, rey de Castilla, concede al arzobispo Rodrigo (Jiménez de Rada) de Toledo el mortuorio de las aldeas de Yepes y Fuentes, en el término de Toledo.

B. AHN, Cód. 996-B: Liber privilegiorum Toletanae Ecclesie, I, fols. 25v-26r.

a. Ed. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, III, n.º 911, pp. 594-596.

Reg.: ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 629 y 646.

(a) [...] secundo videlicet anno quo ego predictus rex A[*dephonsus*] Almiramominum, regem Cartaginis, campestri prelio apud Navas de Tolosa superavi non meo merito sed Dei misericordia et meorum auxilio vasallorum.

1213 agosto, 23. Huesca

1556

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, promete a la Iglesia de Tarragona, en la persona del arzobispo Ramon (de Rocabertí) y de su preboste Ramon (de Sant Llorenç), no enajenar sin su licencia la ciudad de Tarragona ni las villas de Cambrils, Valls, Vilallonga (del Camp), Vilagrassa y Alcover u otras de su término aunque tuviera necesidad de ello, incluyendo en dicha promesa a su hijo o a su heredero en el reino de Aragón y en el condado de Barcelona, y jurando el senescal Guillem Ramon de Montcada como garante del rey*²⁵⁶⁸.

C. Copia s. XVIII sacada de un libro en pergamino del Archivo de la Iglesia de Tarragona, RAH, «Varios de Privilegios, Bulas y Escrituras del Reino de Aragón y de Cataluña», C-28, fols. 156r-157v (data 23).

Cit.: ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 41.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum et Comes Barchinone, corde bono et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, cum hac presentí publica scriptura perpetuo valitura promittimus et convenimus firmiter bona fide vobis Raymundo venerabili Archiepiscopo et Raymundo Preposito Tarraconensi et successoribus vestris et Ecclesie vestre, in perpetuum quod Civitatem Tarracone vel villas de Cambrils, de Vallibus, de Vilagrassa, de Vilallonga de Alcoario, vel termino aut habitatores earum, vel alios honores quos tenemus per Ecclesiam Tarracone non donemus vel vendamus nec impignoramus ne in feudum concedamus nec commutemus nec alio quolibet modo vel contractu alienamus alicui persone vel aliquibus personis unquam aliquo modo, aliquo casu vel aliqua neccesitate sine licencia vestra vel successorum vestrorum, nisi tantum filio nostro vel illi heredi qui nos successerit in Regnum Aragonum vel in Comitatu Barchinone. Omnia predicta nobis et successoribus nostris specialiter

²⁵⁶⁸ Es probable que se trate del mismo texto de «Documentos», n.º 1554, pero la data, algunas variantes y la presencia de cuatro testigos distintos nos hacen diferenciarlo.

integre et sine diminutione aliqua retineritis, salvis tamen atque retentis omnibus hiis que in vestris et Ecclesie vestre instrumentis et privilegiis continentur. De hoc autem toto atendendo firmiter et complendo recipimus vos et successores vestros per nos et successores nostros in Dei fide et legalitate nostra, et insuper damus in vobis juratorem dilectum nostrum Guillelmum Raymundi Senescalcum, cui mandamus jurare super animam nostram, tactis corporaliter sacrosanctis quatuor Evangeliiis, quod hec omnia supradicta vobis et successoribus vestris et Ecclesie vestre attendantur et compleantur a nobis et successoribus nostris, bona fide et sine aliquo ingenio et enganno.

Et ego Guillelmus Raymundi Senescalcus, mandato Domini Regis, juro super animam eius, tactis corporaliter sacrosanctis [*quatuor*] Dei Evangeliiis coram me positis, quod hec omnia, ut superius sunt expressa, attendantur et compleantur ab eo et successoribus suis vobis et successoribus vestris et Ecclesie vestre bona fide et sine aliquo ingenio et enganno, [*ut*] melius et plenius dici vel intelligi potest, ad vestrum et Ecclesie vestre profectum.

Datum Osce, .X. calendas septembris, per manum Ferrarii notarii nostri et mandato eius scripta a Bononato, anno Dominice Incarnationis M.CC.XIII.

[*Signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum et Comitis Barchinone. [*Signo*] Guillelmi Raymundi Senescalci.

Testes huius rei sunt: Berengarius de Cervaria. Eximinus Corneli. Atto de Fozces. Raymundus de Montecatano. Berengarius de Prexeni. Michael de Lucia. Arnaldus de Alascone. Raymundus de Ripellis. Bernardus de Peramola. Azenarius Pardi. Arnaldus Palacini.

Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci mandato ipsius loco, die et anno prefixis.

1213 agosto, 23. Huesca

1557

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, dona en encomienda a Guillermo de Calasanz el castillo y la villa de Calasanz con las mismas obligaciones que tenían los condes de Urgell, sus antecesores, a cambio de su homenaje al rey.

- A. Carta partida, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 451.
- B. Traslado de 1817, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fols. 442v-444v.
- C. Transcr. IBARRA, *Estudio*, II, n.º CCIII.

Reg.: MIRET, «Itinerario», IV, pp. 103-104. IBARRA, *Estudio*, I, n.º [468] (de A, falta). VARA, *El Lunes de Las Navas*, p. 51 (de MIRET). ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 201.

sanos destinarunt, qui a rege tale habuerunt responsum: quod propter quatuor ribaldos quos episcopi secum adduxerant petebant colloquium habere cum ipso (et hoc dixit in derisum et contemptum signatorum); Tolosani vero predictis nuntiis reponderant quod in crastino super hoc responderent et hac de causa eos usque in crastinum tenuerunt. [475] In crastino autem, id est die jovis, responderunt quod ipsi regi Aragonum erant confederati et nichil facerent nisi regis in omnibus voluntatem: quod cum redeuntes mane ipsa die jovis nuntii retulissent, episcopi ab abbates, discalciatis pedibus, ad regem ire proposuerunt. Et cum quendam religiosum mitteret ad nunciandum regi adventum ipsorum in hunc modum, patefactis januis, cum comes Montis Fortis ac cruce signati essent inermes, pro eo quod episcopi et abbates de pace insimul loquebantur, hostes Dei superbe ac fraudulenter armati vicum subintrare cum impetu attemptarunt, sed per Dei gratiam a suo fuerunt desiderio defraudati. [476] Quorum superbiam comes et cruce signati videntes, cum sine periculo maximo et sine dampno ulterius differre non possent, per cordis contricionem et oris confessionem, utpote veri cultores fidei christiane, mundati salubriter a peccatis, armis suis se viriliter accinxerunt, venientesque ad sepedictum Tolosanum episcopum, qui auctoritate domini archiepiscopi Narbonensis, apostolice sedis legati, legationis officio fungebatur, exeundi licentiam contra hostes fidei humilliter petierunt; qua, quia negotium in areto erat constitutum, concessa, necessitatis articulo compellente, pro eo quod ipsam domum in qua episcopi morabantur ipsi hostes erectis jam machinis aliisque bellicis instrumentis festinabant protervius impugnare, ballistarum quarellis, jaculis atque lanceis emissis hostiliter circumquaque, Christi milites, reverendi ligni Domini signaculo cum insigniis pontificalibus consignati, in nomine sancte Trinitatis tribus aciebus dispositis, exierunt; hostes vero a contrario multas habentes acies et multum magnas, sua jam muniti armis tentoria sunt egressi; quos, licet multos milites et populum multum nimis, clientes Christi, de Ipsius auxilio confidentes et, licet illorum respectu paucissimi, magnam multitudinem non verentes, armati virtute ex alto, viriliter sunt agressi. [477] Statim virtus Altissimi per manus sevorum Suorum hostes Suos confregit et comminuit in momento: terga enim vertentes in fugam facti sunt tanquam pulvis ante faciem venti, et angelus Domini persequens eos erat; hii, turpiter fugientes, turpi fuga mortis periculum evaserunt; alii, vitantes gladios, aque periculo perierunt; quamplures vero fuerunt in ore gladii devorati. [478] De illustri rege Aragonum, qui cum interfectis occubuit, plurimum est dolendum quod princeps tam potens et nobilis, qui, si vellet, posset et deberet Ecclesie sancte utilis multi esse, nunc, Christi adjunctus hostibus, Christi amicos et sanctam ecclesiam improbe perturbabat. [479] Ceterum, cum victores a cede et persecutione hostium reverterentur cum victoria gloriosa, sepedictus episcopus Tolosanus, Tolosanorum stragi et miserie caritative ac miserabiliter compatiens corde pio, eos qui de stragis residuo adhuc infra sua tentoria morabantur salvare cupiens, ne perirent, ult saltem, tantorum flagellorum verbere castigati et tantum periculum evadentes, converterentur ad Dominum et viverent in fide catholica permansuri, missa eis per quendam religiosum cuculla qua indutus erat, mandavit eis quod nunc demum arma sua et suam deponerent feritatem et inermes venirent ad ipsum, ut eos salvaret de morte; qui, adhuc quoque in sua perseverantes malicia et se, qui jam victa erant, vicisse Christi populum autumantes, non solum parere sui episcopi admonitionibus contempserunt, verum etiam, ablata cuculla, ipsum nuntium austerius verberarunt; per quos Christi milicia recursum faciens, circa sua diffugientes tentoria interemit. [480] Certus hostium interefectorum, tam nobilium quam aliorum, numerus pre multitudine nullatenus sciri potest; de militibus autem Christi unus solus tanto interemptus est in conflictu et paucissimi servientes. [481] Omnis igitur populus christianus pro christianorum victoria mente pia et toto cordis affectu gra-

tias agat Christo, qui per paucos fideles infidelium innumerabilem multitudinem superavit et Ecclesiam Suam sanctam de Suis hostibus concessit feliciter triumphare. Ipsi honor et gloria in secula seculorum, amen. [482] Nos Tolosanus, Nemausensis, Uticensis, Lodovensis, Biterrensis, Agatensis et Convenarum episcopi et de Claraco, Villa Magna et Sancti Tyberii abbates, qui mandato venerabilis et dilecti patris Narbonensis archiepiscopi, apostolice sedis legati, veneramus et de pace ac concordia tractare cum summa diligentia studioque maximo nitebamur, prescripta omnia, sicut qui vidimus et audivimus, esse verissima in verbo Domini perhibemus, consignantes ea nostrorum munimine sigillorum, utpote reservari digna in memoriam sempiternam. [483] Datum Murelli, in crastino victoriae gloriose, scilicet sexta feria infra octabas nativitatis beate Marie virginis, anno Domini .M.CC.XIII.»

1213 septiembre, 13. Murel/Muret

1595

Carta de Mascaró, preboste de Tolosa, y otros diez prelados sobre la batalla de Muret.

B. Copia mutilada s. XIII, BM Carpentras, ms. 41 (ant. 42), fols. 141v-142v.

a. Ed. y notas GUÉBIN y LYON, *Hystoria Albigensis*, III, Pièces annexes n.º 4, pp. 200-205.

Reg.: ROQUEBERT, *L'Épopée Cathare*, I, p. 1.475. ALVIRA, *Guerra e ideología*, II, pp. 1.453 y 1.458. ALVIRA, *El Jueves de Muret*, p. 638.

Cit.: ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 120 y otras.

(a) *Incipit narratio de victoria gloriosa quam fecit Christus in manu Simonis comitis, fidelissimi et strenuissimi viri, de quadraginta milibus scismaticorum et hereticorum in partibus Tolosanis anno incarnationis sue .M..CC..º.XIII.º., rubrica.*

Universis in Christo fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, nos Dei gratia Nemausensis, Uticensis, Agathensis, Lodovensis, Biterrensis, Tolosanus et Convenarum episcopi²⁵⁹⁵ et de Sancto Tiberio et Clariaco et Villa Magna abbates²⁵⁹⁶ et prepositus Tolosanus²⁵⁹⁷, salutem et cum omni devotione sincerum in Domino caritatis affectum. Quoniam juxta propheticam veritatem modernis temporibus multi dicunt bonum malum et malum bonum et quamplures non solum interserunt falsa veris set, ponentes falsum verum et verum falsum, prorsus tacita veritate proferunt falsitatem, sinceram veritatem de victoria quam Triumphator Magnificus quinta feria post nativitatem beate Marie virginis²⁵⁹⁸, devictis hostibus Suis, concessit Ecclesie Sue sancte, ne rumorum falsarii suggerendo falsa vestram circumveniant puritatem, omnino veraciter, sicut qui vidimus et audivimus, vestre universitatis auribus duximus intimandam. Susceptis igitur litteris summi pontificis²⁵⁹⁹, venerabiles et electi patres Narbonensis archiepiscopus, apostolice sedis legati, et Tolosanus

²⁵⁹⁵ Arnaut, Raimon, Raimon de Montpelhièr, Pèire de Lodeva, Bertran, Folquet y Garcias.

²⁵⁹⁶ Berenguer, Pèire y Raimon.

²⁵⁹⁷ Mascaró. Su presencia en Muret es atestigüada por PVC (§ 234) y por el poema *Verusus* (v. 84).

²⁵⁹⁸ Jueves, 12 septiembre.

²⁵⁹⁹ Cartas de Inocencio III, «Documentos», n.º 1507, 1508, 1509 y 1510.

episcopus miserunt eas illustri regi Aragonensi cum propriis litteris suis per venerabiles abbates Crassensem²⁶⁰⁰ et Caunenses²⁶⁰¹ in vigilia beati Jacobi²⁶⁰², rogantes et supplicantes humiliter ac devote litteris propriis et predictis nunciis ut prefatus rex adimpleret consilium et mandatum apostolicum, precipue in duobus, videlicet in deserendis Tolosanis statim et faciendis treugis cum comite Monte Fortis secundum tenorem apostolici mandati; et in crastino assumptionis beate Marie²⁶⁰³ redierunt predicti nuncii, reportantes responsionem cum litteris ipsius regis, in quibus respondebat quod, tamquam verus filius Ecclesie Romane, consilii et monitionibus apostolicis semper obediret, addens quem alia verba que in rescripto continentur²⁶⁰⁴. Que quo animo dixerit, claret et claruit ex post facto: cum enim miliciam et gentem suam, quam post inhibitionem legatorum districtissimam²⁶⁰⁵ in auxilium Tolosanorum longo tempore²⁶⁰⁶ dimiserat contra Ecclesiam Dei et christianitatem, statim debuisset revocare et Tolosanos deserere ac firmas treugas facere cum comite Montis Fortis secundum tenorem litterarum domini pape et precum ac exortationem predictorum virorum, non solum contempsit revocare suos et facere treugas cum predicto comite (qui a principio usque ad diem belli nullum malum fecerat ipsi vel terre sue), immo, iterum collecto exercitu magno valde de terra sua et aliis locis, intravit terram que per virtutem Dei signatorum auxilio de inimicis pacis et fidei fuerat acquisita magnamque partem eius contra mandatum apostolicum occupavit²⁶⁰⁷. Qua sibi jam subjugata, cum totum residuum ob ipsius securitatem et auxilium per prodiones consuetas jam ad apostatandum penitus esset paratum, congregatis insimil inimicis fidei et Ecclesie Dei, scilicet comitibus Tolosano (et eius filio), Fuxensi, Convenarum et Tolosanorum exercitu magno valde cum aliis sceleratis multis, feria tertia post nativitatem beate Virginis²⁶⁰⁸, Murelli castrum obsedit, quod erat proprium comitis Montis Fortis et ad vicecomitatum²⁶⁰⁹ pertinebat ipsius.

Quo, audito, illustris Simon, comes Montis Fortis, cum suis paucis quos habebat iter arripuit ad castrum dictum succurrendum pro posse suo cum Divino adiutorio, ne milites ne homines suos amitteret inclusos, sicut multos alios amiserat per ipsum regem et suos; nos vero omnes supradicti, tam episcopi quam abbates et prepositi Tolosanus, mandato venerabilis et dilecti patris nostri Narbonensis archiepiscopi, qui, infirmitate gravi detentus, remanserat in via, propter sanctum negocium Christi congregati eramus et cum dicto comite veniebamur in Christo unani-

²⁶⁰⁰ Guilhem.

²⁶⁰¹ Guiraut.

²⁶⁰² 24 julio. «Documentos», n.º 1539.

²⁶⁰³ 16 agosto. «Documentos», n.º 1545.

²⁶⁰⁴ Respuesta citada por PVC, § 445.

²⁶⁰⁵ Carta de Arnau Amalric (enero 1213), «Documentos», n.º 1447.

²⁶⁰⁶ Seis meses.

²⁶⁰⁷ En Gasuña, PVC, § 446.

²⁶⁰⁸ Martes, 10 septiembre.

²⁶⁰⁹ El vizcondado de Besièrs y Carcassona, que englobaba progresivamente las tierras conquistadas por los cruzados.

mes et devoti, ut de pace ac concordia summa diligentia summoque studio tractaremus.

Episcopus vero Tolosanus per suas litteras cum transcripto litteratum domini pape²⁶¹⁰ quater diversis terminis statim post susceptionem litteratum summi pontificis monuerat Tolosanos cives cum omni paterna sollicitudine humiliter ac diligenter ut saltem suas malicias recognoscerent et errores et mandato apostolico obedirent, reconciliando se Ecclesie secundum formam apostolici mandati²⁶¹¹; qui more consueto quibusdam dolosis dilationibus et quadam sanctitate simulata verborum suas nequicias palliantes, fraudulenter ac delusorie memorato episcopo respondebant se non posse respondere apostolico mandato et ipsi sine rege cui sacramento²⁶¹² tenebantur astricti. Cum igitur in via pariter essemus (venientes, ut diximus, cum comite Montis Fortis, supplicaturi pro pace Ecclesie Dei), ad dictum regem, in obsidione jam dicti Murelli cum Tolosanis existentem, predictus episcopus misit litteras per duos viros religiosos, significans ei quod nos omnes veniebamus ut de pace et concordia tractaremus et ideo petebat nobis ab eo securum dari ducatum; qui per eosdem nuncios respondit se non curare de nostro adventu. Interim prior Hospitalis Tolose²⁶¹³, ex parte civium Tolosanorum missus, occurrit nobis in via, ferens eorum litteras, in quibus continebatur venenum latens sub mellita dulcedine verborum; scilicet quod parati erant in omnibus mandati apostolici facere voluntatem; quod quidem gaudentes suscepimus, licet derisorie dictum esset. Eundem vero priorem dictus episcopus ad ipsum regem, existentem in obsidione, remittens, supplicavit ut nobis ad hoc exsequendum securum preberet ducatum; qui regis responsonem reportavit, in qua respondit quod ducatum nobis non preberet, set, si episcopus vellet ire Tolosam, ut ibi cum Tolosanis loqueretur, hoc concederet ipsi (et hoc rursus derisorie fuit dictum, cum Tolosani non Tolose set in exercitu essent et in obsidione cum eo contra mandatum apostolicum et contra Ecclesiam Dei) et etiam ad hoc ipsum nullum prebebat ducatum (ipse quidem episcopus alio modo ire non poterat sine manifesto periculo propter Dei adversariorum maliciam effrenatam). Ad quod episcopus: «Non decet» inquit «servum intrare civitatem a qua dominus eius exul est et ejectus; nec ego, cum sacratissimum corpus Christi de civitate illa ejectum fuerit, illuc revertar, quosque Deus meus et Dominus revertatur».

Inter hec cum devoto comite sepedicto exponentes nos multis mortis periculis pro bono pacis, ne omnino tota Ecclesia et novella christianitatis plantatio simul et subito in partibus nostris destrueretur, intravimus castrum Murelli obsessum quarta feria proxima post nativitatem beate Marie²⁶¹⁴. Et statim eadem die ad regem et Tolosanos sepedictos in suum exercitum tres viros religiosos misit episcopus, regi supplicans ut dignaretur nobiscum loqui de pace, Tolosanis vero mandavit quod paratus erat eos recipere secundum apostolicum mandatum; qui a rege tale habuerunt responsum: quod propter quattuor ribaldos quos nobiscum aduxeramus vole-

²⁶¹⁰ Mandato de Inocencio III a Folquet de Tolosa, PVC, § 405.

²⁶¹¹ Véanse los «Documentos», n.º 1561, 1573 y 1574.

²⁶¹² «Documentos», n.º 1531. Cit. PVC, § 389.

²⁶¹³ Bernart de Capulet, PVC, § 473.

²⁶¹⁴ Miércoles, 11 septiembre.

bat habere cum ipso colloquium episcopus Tolosanus (et hoc dixit in contemptum et opprobrium comitis et suorum); Tolosani vero dictis nunciis responderunt se in crastino super hoc consilium habituros et hac de causa eos usque in crastinum tenuerunt.

In crastino autem, scilicet die jovis²⁶¹⁵, nunciis responderunt quod ipsi erant confederati cum rege et nil facerent nisi regis in omnibus voluntantem. Quod cum statim mane ipsa die redeuntes nobis nuncii retulissent, nos sepedicti episcopi cum abbatibus aliisque viris religiosis (qui ad hoc ipsum, scilicet ad supplicandum pro pace, in tanto convenerant discrimine) cum omni humilitate exire parabamus ad regem pedibus discalciatiis. Et cum quendam religiosum premitteremus, ut ipsi regi nostrum adventum in hunc modum nunciaret, patefactis jam januis dicti castr²⁶¹⁶, cum supradictus comes Montis Fortis et sui essent inermes, pro eo quod nos insimul de pace loquebamur et ipse nobiscum quibuscumque modis poterat pro pace humiliter laborabat, hostes Dei superbe agentes ac fraudulentè armati vicum magno cum impetu et insultu intraverunt et nos episcopos et abbates et alios viros religiosos libentius aliis sagittabant cum exprobatationibus infinitis et comminationibus obscenis; sed, per Dei gratiam et virtutem repulsi, a suo fuerunt desiderio defraudati.

Quorum intolerabilem superbiam devotus comes et sui videntes, cum sine periculo vite et dampno extremo ulterius differre non possent, per cordis contritionem et oris confessionem, utpote veri cultores fidei christiane, mundati salubriter a peccatis, se armis suis viriliter accinxerunt, venientesque ad nos, exeundi licentiam contra hostes fidei et se deffendendi pariter et nos humiliter et devote petierunt... [*texto incompleto por la desaparición del folio siguiente*]

[*En la parte inferior del folio*]

[...] parati [*el conde y los suyos o los obispos*] ad mandatum apostolicum et consilium ex parte Dei et domini pape in omnibus obedire vel castrum [...].

1213 septiembre, 13. [Manresa]

1596

En su condición de jueces, Guillem (de Tavertet), obispo de Vic, Bernat de Fluvià, Pere, prior de Calaf, Ferrer de Rajadell y Arnau de Calaf pronuncian una sentencia arbitral en el contencioso que enfrenta a Guillem de Cardona y Saurina de Claramunt sobre varios castillos, molinos y rentas, mencionándose algunos del rey.

B. Carta partida, ACA, Cancillería, Pergs. Pedro I, n.º 456.

C. Traslado de 1817, MIRET Y VIVES, *Traslado*, fols. 448v-452r.

*Cit.: CATALÀ I ROCA, P. y PLADEVALL I FONT, A., «Castell de Calaf», *Els castells catalans*, V, pp. 208-215, esp. p. 211 (de ACV, Mensa Episcopal, Lib. 14 de Pergs., n.º 2 –Index, fol. 239v). CATALÀ I ROCA, P. y BRASÓ I VAQUÉS, M., «Castell de Montbui», *Els castells catalans*, V, pp. 409-422, esp. p. 412 (data 15, de ACV, Mensa Episcopal, Lib. 14 de Pergs., n.º 2 –Index, fol. 239v, y descripción)²⁶¹⁷.*

²⁶¹⁵ Jueves, 12 septiembre.

²⁶¹⁶ PVC, § 475.

²⁶¹⁷ Ambas referencias parecen corresponderse con el doc. que transcribimos.

(B) Ad iudicancium sollicitudinem pertinere demonstratur et litigancium utilitati plurime expediri non dubitamus, ut ea que legali censura diffiniuntur scripturarum fidei committatur, ne temporum diuturnitate a memoria hominum ex/cidant, idcirco nos G[*uillelmus*], Dei gracia Vicensis episcopus, Bernardus de Fluviano, Petrus prior de Calaf, Ferrarius de Reiadello et Arnaldus de Calaf, iudices electi et constituti a Guillelmo de Cardona, super causa que vertitur inter ipsum et dominam / Saurinam de Claromonte super diversis petitionibus et querimoniis et exactionibus quas utraque pars mutuo proponebat.

Primo namque proponebat G[*uillelmus*] de Cardona adversus predictam S[*aurinam*] de Castro de Tamarid, quod ipsa facit et / accipit in eodem castro ultra hoc quod continetur in illa conveniencia que novitem fuit facta inter ipsum G[*uillelmum*] et eam, scilicet in devesa eiusdem castri et in stagnis eiusdem, in quibus ipsa dicit dominum G[*uillelmum*] de Cardona nullam partem debet habere / vel accipere nec piscari, cum in ipsa conveniencia continetur expresse quod ipse debebat habere et accipere medietatem omnium proventuum sine exituum.

Item, idem G[*uillelmus*] dicit se partem debere habere in quidam loced ipsius castri, quod penitus ipsa diff[er]retur, eo quod pater suus G[*uillelmus*] de Claromonte adquisivit.

Item, proponit adversus sepedictam Saurinam, quod ipsa clausit hostium cuiusdam turris de Tamarid, spectantis ad staticam suam. Ipsa nec respondit, semper ita fuisse clausum.

Item, contra / predictam S[*aurinam*] proponit de castro de Mont Oliu et de Espades et de Orpin, quod ipse debet habere potestatem de medietatem ipsorum castrorum et de omnibus fortitudinibus constitutis in terminis eorundem castrorum, scilicet de Vespela / et de Renad et de Coctano et de aliis, si qui sunt ibi. Eodem modo petit milites eorundem trium castrorum quod domina S[*aurina*] penitus diffitetur, immo dicit se non tanquam tuti ex donacione ipsius G[*uillelmus*] tum, quia nunquam eorundem data fuit / potestas.

Item, de molendinis de nobis, de uno scilicet quod est termino ipsius castri quod vocatur Virgili et de altero quod est in termino de Cubellis quod notatur Abe-la, in quibus nullam partem accepit ipse G[*uillelmus*] quamvis sint de suo feudo. At / ipsa dicit patrum suum G[*uillelmum*] de Claromonte dedisse prefata molendina et molendina edificasse, et pro edificacione partem Raimundi Fulchonis tenere in pignore.

Conqueritur eciam ipse G[*uillelmus*] quod in castro de Sparagera misit / domina S[*aurina*] .LX.^a quartariis annone pro gaita, cum ipsa dictum castrum custodire teneatur, cum sit in termino ipsius castri de Espades quod est capud.

De castro vero de Clarmunt dicit, quod ipsa S[*aurina*] tenet unam cavaleriam terre in dominium / de B[*ernardo*] de Espelt, quod quidem ipsa facere non debet secundum quod in communi conveniencia continetur. Eam tamen credebat se facere posse, respondit.

Item, de quingentis solidis, quos ipsa accepit in ipso castro de quibus non dedit eidem / G[*uillelmum*] partem suam. Ad quod respondit, quod non credebat quod aliquid de iure ipsius accepisset vel retinisset.

Item, generaliter propone adversus eam quod facit questias, stabilimenta, adempamenta in honoribus et castris que per ipsum / tenet in quibus non debet

hec vel alia facere parte, hoc quod in conveniencia communi continetur, excepto castro de Claromonte de quo certum est in eo quid facere potest.

Adhuc etiam petit ipse G[*uillelmus*] inde, omni hoc quod habuit / et accepit in omnibus predictis castris de quibus non dedit ea partem suam, secundum quod in conveniencia novitus facta continetur, suam eidem reddat porcionem. Ad quod quidem ipsa respondit, quod de suo alodium quod credit / nichil retinuit, verum ubi sibi poterit constare aliquid de suo retinuisse, totum reddere fatetur.

Ad questias vero et stabilimenta et stangna et devesam de Tamarid et de potestate illorum / trium castrum, scilicet de Mont Oliu, de Orpin et de Espades cum suis terminis, ita respondit, quod antecessores suis longissimo tempore fecerunt questias ipsas, stabilimenta, adempramenta et stagna et / devesa de Tamarid tenuerunt et habuerunt, nec unquam dederunt potestatem dictorum trium castrorum, et sic volebat se tueri prescripcione, non obstante convenientia novitus facta.

Item, ex adverso / conqueritur prefata domna S[*aurina*] de G[*uillelmo*] de Cardona domno suo, de uno manso Arnaldi Petri de Coctano, de quo habuit .C. morabetinos, de quibus ipsa partem petit, et de ipso mando de Arnaldo de / Garidel, de quo habuit mille solidos de quibus querit partem, et de quibusdam domibus quas ipse fecit in castro de Tamarid in ipsas paesias.

Conqueritur etiam preterea de quibusdam alberguas quas ipse fecit in castro de Orpin, / quas facere non debet et de quibusdam malefactis que familia sua fecit hominibus castri de Rubi, que valent .CCCC. solidos et etiam de hominibus suis qui similiter malum fecerunt in castro de Montoliu, ultra Mille solidos. /

Preterea conqueritur de pignoribus que missit cum suis inimicis in posse ipsius de Mille morabetinis, et non dedit ei aliquid.

Et eciam conqueritur de eo quod ipse habuit a domino Rege de restitutione quam inimicis sui debe/bant eidem facere et militibus suis, et aliis suis hominibus pro malefactis suis, amplius quam .XVII. mille solidos, de quibus nichil ei dedit.

Conqueritur iterum de ipso G[*uillelmo*] qui ei promissit, ut si redderet Petri de Claromonte feudum de Claromonte²⁶¹⁸, quod ipse / P[*etrus*] pro ea acciperet, ipse vero²⁶¹⁹ G[*uillelmo*] reddidit, et ipse P[*etrus*] non vult per ea accipere. Ad honorem vero respondit, istud non promississe, et si fecisset dicit se non tenet.

Ad mansos vero predictos et ad ea que inde habuit, ita respondit / cum ipse erat in tutela et sub cura ipsius patris sui G[*uillelmo*] de Claro Monte, transtulit in alios omnino, cum ipse habebat in ipsis partem suam. Unde quicquid postea a possessoribus ipsorum mansorum habuit, eidem / communicare non tenetur.

De domibus vero se in paessias fecisse, dixit se fecisse non credere.

De questiis de Rubi, dixit se fecisse quia ipsa fecerit multo/ciens cum facere non debebat, et ab eo multo/ciens fuisset amonita.

Ac malefacta vero predictorum castrorum, respondit se non fecisse.

²⁶¹⁸ feudum de Claromonte, *sobrescrito entre líneas*.

²⁶¹⁹ ipse vero, *sobrescrito entre líneas*.

Ad pignora autem respondit quod nichil inde habuit nec habuit a domino Rege aliquid pro ipsa restitutione. /

Nos inquam supradicti iudices, receptis testibus visisque attestacionibus et instrumentis et convenienciis, tam antiquis quam nova conveniencia, et diligenter infertis, auditis questionibus ab utraque parte propositis, / allegacionibus, confessionibus et responssionibus, et sic omnibus indagatis et plene examinatis, facta eciam renunciacione sponte et sine aliqua coaccione, habito eciam consilio prudentum, post multam / insuper deliberacionem, condempnamus de jure prefatum G[*uilelmum*] de Cardona in illis alodiis et feudis militum ipsorum trium castrorum, scilicet de Mont Oliu, de Orpin et de Espades, ut non accipiat nisi quartam / partem resp[*c*]tu sue medietatis, sic enim intelligitur cautum in nova conveniencia facta inter eos.

De jure eciam pronunciamus, ipsum G[*uilelmum*] non debere facere albergas in castro ipso de Orpin, et in illas / quas facit ibi condempnamus ipsum ad eas restituendas.

Item, pronunciamus quod illas domos quas fecit in castro de Tamarid et paeias ipsas, quod exinde tollat atque removeat²⁶²⁰.

In petitione eciam molen/dinorum eundem G[*uilelmum*] condempnamus.

In petitionibus autem quas idem G[*uilelmus*] de Cardona facit et proponit adversus predictam Saurinam, scilicet de questiis, stabilimentis, ademprivis omnium castrorum que per ipsum tenet, per / diffinitivam sententiam pronunciamus ipsam de cetero non posse nec debet facere questias, stabilimenta ademprivis in castris que per ipsum tenet, nec placitare absque suo bajulo, nisi de injuria sibi et familie sue illata, excepto / castro de Claromonte quod suas habet condiciones. Verum, si homines predictorum castrorum gratis et absque violencia voluerint eidem S[*aurina*] servire, illud communicare non teneatur. Eodem modo, si servire voluerit dicto G[*uilelmo*] / non possit predicta S[*aurina*] ab eo aliquid exigere. Verumtamen si contigerit quod ipse G[*uilelmus*] faciat questiam in ipsis castris donet talem partem ei qualem ipsa accepit de aliis proventibus sive exitibus, exceptis castris de Claromonte quod suam habet / condicionem, et de Monte Boi in quo non fiat questia nisi annone. Et in hoc ipsam condempnamus.

In eo vero, quod ab ipsis antecessoribus suis fuisset perceptum et ab ea usque ad tempus illud quo illa conveniencia facta fuit / inter eos, ipsam dominam S[*aurinam*] albsolvimus.

De potestate vero trium castrorum, scilicet, de Monte Olivo, de Orpin et Espades, et de fortitudinibus constructis in terminis eorumdem, de jure pronunciamus ipsam habere per se medietatem / predictorum castrorum liberam et francam in suo dominio, et esse alodium sine aliqua condicione et servitute aliqua. Aliam vero medietatem francham et liberam esse G[*uilelmi*] de Cardona, et alodium proprium sicut in convenienciis continetur, per suam diffinimus²⁶²¹.

Super eo vero / quod in conveniencia noviter inter eos facta continetur, quod predictus G[*uilelmus*] suam medietatem predictorum castrorum domne S[*aurine*]

²⁶²⁰ re, *sobrescrito entre líneas*.

²⁶²¹ per suam diffinimus, *sobrescrito entre líneas*.

commendat, pronunciamus esse feudalis, et quod ipsa et sui teneant semper in feudum ab ipso G[uillelmo] et suis, / et quod donet potestatem ipsi G[uillelmo] et suis semper quancumque potestatem ab ea requisierit, et ipse teneatur ei reddere sicut dominus suo bono vassallo, et in sua defensione illius medietatis predictorum trium castrorum que ad ipsum / G[uillelmum] spectat, ut donet potestatem, secundum quod superius est scriptum, ipsam domnam S[aurinam] condempnamus.

Idem, in militibus predictorum trium castrum per diffinitivam sententiam dicimus, scilicet ut ipsa habeat medietatem per / alodium et aliam teneat ab ipso G[uillelmo] in feudum.

De alodiis vero et feudis militum dictorum trium castrorum, habeat G[uillelmus] de Cardona quartam partem medietatis, de iure sancimus.

De illa cavaleria de Claro/monte, dicimus quod stabiliatur, secundum quod continetur in conveniencia novitus facta.

De honore autem P[etri] de Claromonte, pronunciamus ipsum G[uillelmum] non tenueri, et ipsam S[aurinam] in sua petitione condempnamus.

Item, de / loced de Tamarid, diffinimus G[uillelmum] de Cardona suam habeat partem qualem accipit de aliis obventionibus sive exitibus ipsius castri, et si G[uillelmus] de Claromonte propter adquisicione ipsius loced aliquid dedit, resarciat pro parte sua domne S[aurine] quemadmodum in sua conveniencia continetur. /

De stagnis vero et de devesa de Tamarid, pronunciando de iure dicimus quod illam partem habeat et accipiat dictus G[uillelmus] quam habet et accipit in aliis proventibus eiusdem castri, et quod ipse piscari possit per stagna, sicut et ipsam, et in hoc ipsam Sauri/nam condempnamus.

De illo vero blad quod ipso fuit ipsam S[aurinam] hominibus de Sparagera racione gaite, pronunciamus eam de cetero non debere facere, et condempnamus eam ne deinde faciat.

Stabilimenta vero fiant secundum quod / continetur in convenientia inter eos novitus facta. Ubi autem in conveniencia non fit mencio, fiant consensum utriusque partis, et quod inde exierit dividatur secundum quod alie obventiones castrorum, inde eos dividuntur.

Actum est hoc Idus Septembris Anno Domini .M.^o.CC.^o.XIII.^o.

S[igno]num Ferrarii de Rejadello. S[igno]num Arnaldi de Calaf. S[igno]num Petri de Claromonte. S[igno]num Raimundi de Codonerio. S[igno]num Bernardi. / Guillelmus Ausonensis episcopus. Bernardi de Fluviano S[igno]num. Ego Petrus Prior de Calaf subscribo [signo] de Turredella testium.

Robertus, notarius publicus Minorisse, scripsit cum literis rasis et emendatis in .XI.^a linea et .XXIII.^o. et suprapositis in eadem et in .XXIII.^a et in .XXXVIII.^a, et rasis in .XLVI.^a die et anno quo supra [signo].

1213 septiembre, 24. Perpinyà/Perpignan

1597

Nuño Sánchez, señor del Rosselló, el Conflent y la Cerdanya, en presencia de varios combatientes de la batalla de Muret, otorga su protección al monasterio de Poblet, en especial a sus ganados y pastores, a los que da permiso para pastar en sus tierras.

- B. Copia s. XIII, AHN, Cód. 992-B: Cartulario *Mulassa* o Becerro de Poblet, n.º DCCCCXVI, fol. 168v.
a. Ed. ALVIRA, SMITH y MACÉ, «Le temps de la Grande Couronne d’Aragon», n.º 2, pp. 21-22.

Cit.: SMITH, *Innocent III*, p. 139. ALVIRA, «Les chemins des armées», n. 47. ALVIRA, SMITH y MACÉ, «Le temps de la Grande Couronne d’Aragon», pp. 18-20.

(B) Ad noticiam presencium et futurorum perveniat, quod ego Nunyus Sancii, per Dei gratia dominus Rosilionis, Confluentis ac Ceridanie, recipio sub mea speciali defensione, custodia et manutenencia ac securo ducatu domum conventus Populeti et omnes boves et oves et pastores et totum bestiare ipsius domus et omnes apparatus predictus bestiaribus pertinentibus ut salve et secure possint ire et transire per cuncta potestatis mee loca. Mando igitur omnibus vicariis ac baiulis meis ceterisque mihi submissis ut predictam domum Populeti et omnes res eorum manuteneant et guident et fideliter ubique defendant, et hanc manutenenciam inviolabiliter faciant observari. Quicumque etiam contra hanc cartam ausu temerario in aliquo venire presumpserit iram et indignacionem nostram se noverit incursum et pena .C. aureorum sive duplici dampni restitutionem infligetur. Actum est hoc .VIII. kalendas octubre Anno Domini .M.º.CC.º.XIII.º.

Signum [*signo*] Nunii Sancii. Testes huius manutenenciens: P[*etrus*] de Astoer, abbas Sancti Michaeli. G[*uillelmus*] de Montecada. Dalmacius de Crexello. G[*uillelmus*] de Crexello. Be[*rengarius*] de Cervaria. G[*uillelmus*] Durusfortis. Be[*rengarius*] de Plicamanibus. G[*uillelmus*] Alberty. Signum [*signo*] Jordanii notarii.

Data Perpiniano, per manum Jordanii notarii nostri mandato nostro et ipsius scripta a Bernardo de Pignano, Era M.ªCC.ªL.ªI.ª Signum [*signo*] Bernardi de Pignano, qui mandato domini Nunii et vice Jordanii notarii eius hanc cartam scripsit loco [*et*] die quo supra.

1213 noviembre, 28. Tolosa

1598

Muerte del caballero y trovador catalán Huguet de Mataplana a causa de las heridas sufridas en la batalla de Muret.

Necrologio antiguo de Sant Joan de les Abadesses (hoy desaparecido)²⁶²².

Cit.: MILÀ, *De los trovadores en España*, II, p. 324, n. 2 (de PARASSOLS, *San Juan de las Abadesas*, s.p.). Riquer, M. de, «El trovador Huguet de Mataplana», *Studia hispanica in honorem Rafael Lapesa*, I, Madrid, 1972, pp. 455-494, esp. p. 459.

«Este Hugo en 1207 *profecturus ad bellum ad Spanias* firmó una escritura y murió el 4 de las kalendas de diciembre de 1213, *ex vulneribus prope Tolosam acceptis*, donde había acompañado al rey contra el de Monforte, según una manda de sufragios a San Juan [*de las Abadesas*] hecha por su esposa Sancia».

²⁶²² Según noticia de E. JUNYENT, «El necrologio del monasterio de San Juan de las Abadesas», *Analecta Sacra Tarraconensia*, 23 (1950), pp. 131-179, esp. p. 141. Agradezco a Mn. Ferrer, del AMSJA, sus orientaciones en relación con esta fuente perdida.

[1196-1213]

1599

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la donación de una iglesia en tierra de Gállego (¿el río?) y otra en la villa de Giral, con sus pertenencias y derechos, al monasterio de San Victorián realizada por su antepasado el rey Ramiro I (1043).

A. AHN, Clero, San Victorián, carp. 760, n.º 10.

Noticia de 1807, HUESCA, *Teatro histórico*, IX, pp. 63 y 365.

a. Ed. E. IBARRA Y RODRIGUEZ, «Documentos correspondientes al reinado de Ramiro I (1034-1063)», *Colección de documentos para el estudio de la Historia de Aragón*, I, Zaragoza, 1904, n.º XXIII, pp. 43-45.

(A) Signum [*signo*] Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.

[1196-1213]

1600

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las libertades y exenciones otorgadas al monasterio de San Victorián por su antepasado el rey Ramiro I (mayo 1044) y confirmadas por los reyes Sancho Ramírez y Alfonso el Trovador.

a. Ed. ES, XLVI (1836), ap. XXXIII, pp. 313-316.

Signum Petri [*signo*] Regis Aragonum et Comitibus Barchin[one].

[1196-1213]

1601

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma una carta judicial dada al monasterio de San Juan de la Peña por su antepasado el rey Sancho Ramírez (marzo 1062).

A. Copia s. XIII, AHN, Clero, San Juan de la Peña, carp. 700, n.º 3 (sign. ant. I, n.º 72)

B. Copia s. XIII, AHN, Clero, San Juan de la Peña, carp. 700, n.º 4 (sign. ant. I, n.º 73)

C. Copia s. XIII, AHN, Clero, San Juan de la Peña, carp. 700, n.º 2 (sign. ant. I, n.º 71)

D. Copia s. XIII, AHN, Clero, San Juan de la Peña, carp. 700, n.º 1 (sign. ant. I, n.º 70)

E. Copia s. XVII, BUZ, M-423: *Liber Privilegiorum* o *Libro de los Privilegios*, fol. 256r.

F. Copia s. XIII, BUZ, M-417: *Libro Gótico* o *Cartulario de San Juan de la Peña*, fol. 108v.

G. Copia s. XIII, BUZ, M-417: *Libro Gótico* o *Cartulario de San Juan de la Peña*, fol. 116.

a. Pub. J. BRIZ MARTÍNEZ, *Historia de la fundación y antigüedades de San Juan de la Peña y de los Reyes de Sobrarbe, Aragón y Navarra*, Zaragoza, 1620, p. 240.

b. Ed. MUÑOZ ROMERO, *Colección de Fueros municipales y Cartas Pueblas*, I, p. 328.

c. Ed. SALARRULLANA, «Documentos correspondientes al reinado de Sancho Ramírez», n.º I, pp. 1-4, esp. p. 4.

(A) Signum [*signo*] Petri / Rex Aragonie et Comite Barchinonie, qui supradicta laudo, concedo et propria manu confirmo²⁶²³.

[1196-1213]

1602

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las libertades y exenciones otorgadas al monasterio de San Victorián por su antepasado el rey Sancho Ramírez (agosto 1076) y confirmadas por su padre el rey Alfonso el Trovador.

- a. Pub. HUESCA, *Teatro histórico*, IX, ap. VII, pp. 440-441.
- b. Ed. ES, XLVI (1836), ap. XXXIV, pp. 319-320.

Cit.: HUESCA, *Teatro histórico*, IX, p. 370.

(a) Sig[*signo*]num Petri Regis Arag[*onum*] et Comitib[*archinonensib[us]*].

[1196-1213]

1603

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las libertades y exenciones otorgadas al monasterio de San Victorián por su antepasado el rey Sancho Ramírez (mayo 1084).

- B. Copia s. XVIII, RAH, Col. Traggia, VII, «Documentos de los Archivos de Jaca, San Victorián, Ainsa, Boltaña y Alquezar», fols. 135r-136v.

Signum Petri [*signo*] Regis Aragonensis et Comitib[*archinonensib[us]*].

[1096, marzo. Calatayud]. Acta falsa

1604

Donación del rey Pedro I de Aragón al monasterio de Montearagón que lleva el signo real de Pedro el Católico.

Pseudo-original visigótico muy borrado, AHN, Clero, Montearagón, carp. 621, n.º 18.

- a. Ed. A. UBIETO ARTETA, *Colección diplomática de Pedro I de Aragón y Navarra*, Zaragoza, CSIC, 1951, n.º 23, pp. 239-241.

[1196-1213]

1605

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma el fuero de Ejea (de los Caballeros) dado por su antepasado el rey Alfonso el Batallador (julio [1110]).

- B. Copia s. XIII, ACA, Cancillería, Pergs. Ramón Berenguer III, n.º 5.
- a. Ed. LACARRA, *Documentos*, I, n.º 41, pp. 55-56.

(a) Signum [*signo*] Petri regis Aragonum et comitib[*archinonensib[us]*].

²⁶²³ Nota de SALARRULLANA: *Falta la confirmación de Pedro II.*

[1196-1213]

1606

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma el acta de fundación y dotación de la iglesia de Uncastillo dada por su antepasado el rey Alfonso el Batallador (marzo 1125).

B. BNE, ms. 746, *Privilegios reales a las Iglesias de Aragón*, p. 136.

a. Ed. LACARRA, *Documentos*, I, n.º 117, pp. 127-129.

(a) Signum Petri regis Aragonum et comitis Barchinone, qui supradicta laudo et confirmo et firmiter dico quod quicumque infringere voluerit institutionis vel donationis antecessorum meorum qui fuerunt bone memorie, sciat se esse reum mee maiestatis, insuper pono hic pro pena ducentos aureos quod sine diminutione mando omnibus merini colligere pro fidelitate qua tenent habere regie maiestatis.

[1196-1213]

1607

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las libertades y exenciones de los clérigos de Sos concedidas por su antepasado el rey Alfonso el Batallador (diciembre 1125).

B. Copia s. XVIII, RAH, Col. Traggia, III, «Documentos de los Archivos de Tarazona, Calatayud, Fitero, La Oliva, Sos, Borja, Veruela y Leire», *Sos*, n.º 2, fols. 208r-209r.

Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum et Comitum Barchinone, qui hoc laudo, concedo et confirmo suprascriptum.

[1196-1213]

1608

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma los fueros de Zaragoza, confirmados ya por su padre el rey Alfonso el Trovador, para fomentar su repoblación y la vigilancia de los mismos por parte de veinte hombres buenos elegidos entre los habitantes (5 febrero 1129).

B. Pseudo-original de época de Ramón Berenguer IV, confirmado por Alfonso el Trovador, AM Zaragoza, R-2.

[C]. AM Zaragoza, Cartulario de la Ciudad, I, fol. 3 y II, fols. 18 y 22.

D. ACGZ, *Cartulario pequeño*, fols. 53-56.

E. Copia notarial de 4 de noviembre de 1552, AM Zaragoza, caj. 1.

F. Copia impresa s. XVII, ACGZ, Pergaminos, n.º 138/49.

a. Ed. de F. CANELLAS, *Diplomatario medieval de la Casa de Ganaderos de Zaragoza*, n.º 1, pp. 47-49.

(a) Signum [*signo*] Petri regis Aragonensis et comitis Barchinonensis, et laudo et confirmo et concedo.

[1196-1213]

1609

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las donaciones de Monzón, Montgoi, Chalamera, Barberà, Remolinos, Corbins y otros lugares a la Orden del Temple

realizadas por su abuelo el conde Ramón Berenguer IV (27 noviembre 1143) y confirmadas por su padre el rey Alfonso el Trovador (agosto 1172)²⁶²⁴.

- B. Traslado con confirmación de Jaime II de 8 septiembre 1311, ACA, Cancillería, Pergs. Ramón Berenguer IV, n.º 159 cuadruplicado.
- C. AHN, OOMM, San Juan, Castellania de Amposta, Encomienda de Monzón, carp. 666, n.º 4.
- D. Traslado auténtico de 6 junio 1216, AHN, OOMM, San Juan, Castellania de Amposta, Encomienda de Monzón, carp. 666, n.º 6.
- E. Traslado 13 julio 1307, AHN, OOMM, San Juan, Castellania de Amposta, Encomienda de Monzón, carp. 666, n.º 7.
- F. Traslado de 16 junio 1344, AHN, OOMM, San Juan, Castellania de Amposta, Encomienda de Monzón, carp. 666, n.º 9²⁶²⁵.
- G. Traslado del 12 de septiembre de 1401, Arch. Mon. Sanjuanista de Valldoreix, perg. R-43.
- H. Transcripción parcial del s. XVIII de B, BC, ms. 729: PASQUAL, *Sacrae Cataloniae*, I, fols. 328v-330r.
- I. Copia impresa s. XVIII, AHN, Cód. 1435-C: Colección diplomática de la Orden de San Juan, 2 t., Zaragoza 1708, reimp. Zaragoza, 1798, I, n.º 6.
 - a. Ed. SANS I TRAVÉ *Col·lecció diplomàtica de la Casa del Temple de Barberà*, p. 114.
 - b. Ed. ALTURO, *Diplomatari d'Alguaire*, n.º 4, pp. 83-87.
 - c. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 128, pp. 198-199 (sin la confirmación).

Reg.: ALTURO, *Diplomatari*, n.º 93, p. 189.

(c) Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum et Comitum Barchinone, qui omnia predicta laudo et confirmo.

[1196-1213]

1610

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma las donaciones a la Orden del Hospital realizadas por su abuelo el conde Ramón Berenguer IV (1143) y confirmadas por su padre el rey Alfonso el Trovador (¿Huesca, 29 septiembre 1169?)*²⁶²⁶.

B. ACA, GPC, vol. 22: *Llibre de tres Actes*, doc. 1.

Cit.: ACA, GPC, vol. 22: *Llibre de tres Actes*, fol. 1.

Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum et Comitum Barchinone, qui omnia predicta laudo et confirmo.

[1196-1213]

1611

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la carta puebla de Lleida otorgada por su abuelo el conde Ramón Berenguer IV (1149).

²⁶²⁴ Véase «Documentos», n.º 536.

²⁶²⁵ Traslado de 1366 de la confirmación de Alfonso el Trovador sin la signatura de Pedro el Católico, AHN, OOMM, San Juan, Castellania de Amposta, Encomienda de Monzón, carp. 666, n.º 10.

²⁶²⁶ Quizá se trate de una variante del privilegio dado con esta fecha (ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 70, pp. 113-115).

- A. AM Lleida, Fondo Municipal, Pergamino n.º 1.
B. BC, ms. 729: PASQUAL, *Sacrae Cataloniae*, VIII, fols. 97r-98r.
Reprod. fotográfica LLADONOSA, *Història de Lleida*, I (1991), lámina XLIII.
a. Ed. y trad. GRAS DE ESTEVA, *La Pahería de Lérida*, lám. 1.ª, pp. 225-227 y 227-230.
(a) Signum [*signo*] Petri Dei gratia Regis Aragonum, Comitis Barchinonensis.

[1196-1213]

1612

Traslado de 1345 con sello de cera del rey Pedro el Católico de la donación del lugar de Poblet al abad de Fontfreda para la constitución y conservación de la Orden del Císter, hecha por el conde Ramón Berenguer IV (1150) y confirmada por el rey Alfonso el Trovador.

- B. Traslado de 1345 con sello de cera de Pedro el Católico, AHN, Sigilografía, Sellos Reales, n.º 352, arm. 2, caj. 18, n.º 5 (Poblet, n.º 3, 1-B).

Reprod. sello, AHN, Sigilografía, Colección de Improntas, n.º 148; descripción para estudio de la armadura, BARADO, F. *Museo militar: historia del ejército español, armas, uniformes, sistemas de combate, instituciones, organización del mismo desde los tiempos más remotos hasta nuestros días*, Barcelona, Evaristo Ullastres, 1883-1886, p. 257; descripción, MENÉNDEZ PIDAL, J., *Archivo Histórico Nacional. Sección de Sigilografía. Catálogo I: Sellos españoles de la Edad Media*, Madrid, Tip. «Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos», 1918 (1921), n.º 56, p. 57; reg. y descripción del sello, GUGLIERI, *Catálogo*, pp. 258-259.

[1196-1213]

1613

*Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma el privilegio de salvaguarda dado a Beltrán, abad del monasterio de Santa María de La Oliva, por su abuelo el conde Ramón Berenguer IV (marzo 1154) y confirmado por su padre el rey Alfonso el Trovador*²⁶²⁷.

- B. Cartulario s. XVI con compulsua notarial s. XVII, AGN, *Libro Becerro La Oliva*, fol. IVv-Vr.
C. Copia notarial de Francisco Ximénez de Luna de 1635, AGN, *Órdenes Regulares La Oliva*, leg. 21, n.º 460, fol. Ir-v.
D. Cuaderno moderno de copias (pp. del ms. desaparecidas), AGN, *Órdenes Regulares Fitero*, leg. 18, n.º 234.
a. Ed. MANRIQUE, *Annalium*, II, p. 148 (data probable 1163).
b. Ed. MUNITA LOINAZ, *Libro Becerro del Monasterio de Santa María de La Oliva*, n.º 5, pp. 43-46.

Reg.: MUNITA LOINAZ, «Regesta documental del monasterio de La Oliva», n.º 10, p. 359.

Cit.: UBANI, *Anales*, pp. 6-7 (data 1162). MORET, *Investigaciones*, reed. 1766, t. VIII-IX, p. 690 (data 1154). MORET, *Anales*, II, p. 484. GARCÍA, *Memorial*, I, p. 119. KEHR, *Papsturkunden in Spanien*, I, p. 46 (data 1155). MARTÍN, E., «La entrada del císter en España y San Bernardo», *Cistercium*, 28 (1953), pp. 152-160, esp. p. 153. MARÍN,

²⁶²⁷ «Privilegio concedido a La Oliva por el príncipe don Raymundo, Era M.C.LX.II de los términos e irudiciones e del prender ganados, etc. Precede encabezamiento en A», ed. MUNITA, *Libro Becerro del Monasterio de Santa María de La Oliva*, n.º 5.

«Monasterio de La Oliva», p. 52. GOÑI, *Historia de los obispos de Pamplona*, II, 36 (sic), p. 417.

(b) Signum Petri regis Aragonum et comitis Barchinonensis²⁶²⁸.

[1196-1213]

1614

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la donación de la villa de Carcastillo hecha por su padre el rey Alfonso el Trovador al abad del monasterio de Santa María de La Oliva, así como la donación de los lugares de La Oliva, Encisa y Figarol hecha por su abuelo el conde Ramón Berenguer IV y confirmada por su padre el rey Alfonso el Trovador (9 enero 1164).

[A']. Pseudo-original bastante deteriorado en letra gótica y con sello de Pedro el Católico añadido posteriormente como confirmación, AGN, *Órdenes Regulares La Oliva*, leg. DCMN, n.º 2.

B. Copia s. XIV deteriorada, AGN, Cartulario Real, II, p. 134.

C. Cartulario s. XVI con compulsua notarial s. XVII, AGN, *Libro Becerro La Oliva*, fol. Iv-IIr.

D. Copia notarial de Joan de Villava de 1584, AGN, Arch. Cámara de Comptos de Pamplona, caj. 1, n.º 30.

E. Copia notarial anexa de Francisco Ximénez de Luna de 1634, AGN, *Libro Becerro La Oliva*, fol. 105r.

F. Cuaderno moderno de copias (pp. del ms. desaparecidas), AGN, *Órdenes Regulares Fitero*, leg. 18, n.º 234, fol. 376.

a. Ed. MUNITA, *Libro Becerro*, n.º 9, pp. 53-54.

b. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 17, pp. 51-53 (sin la confirmación).

Reg.: IDOATE, F., *Catálogo de los Cartularios Reales del Archivo General de Navarra (1007-1384)*, Pamplona, 1874, doc. 45, p. 32 (data 1163?). MUNITA, «Regesta documental del monasterio de La Oliva», n.º 15, pp. 361-362.

Cit.: UBANI, B., *Anales*, pp. 8-9 (data 1164). MORET, *Anales* (ed. 1766), II, p. 483 (data 1162). GARCÍA, *Memorial*, s.p. (data 1164). *Memorial del Archivo Monástico de La Oliva*, AGN, ms. 1.824 (utilizado como inventario), p. 26, n.º 6 (data 1164). YANGUAS, *Diccionario*, I, p. 139 (data 1162). CASTRO E IDOATE, *Catálogo*, I, p. 139 (data 9 enero 1162). GOÑI, *Historia de los Obispos de Pamplona*, 36, p. 417 (parece aceptar la data 1162).

(b) Signum Petri regis Aragonum et comitis Barchinonensis.

[1196-1213]

1615

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma a Andrea Alfabib y sus descendientes, en reconocimiento de sus servicios, la donación de la heredad de Carenas, con su torre, su corral y todos sus términos, realizada por su padre el rey Alfonso el Trovador (agosto 1169).

²⁶²⁸ «Esta cláusula ha sido intercalada con posterioridad en A, y aparece relegada al final de la serie de testigos que suscriben B», MUNITA, *Libro Becerro del Monasterio de Santa María de La Oliva*, p. 54, n. (11).

- B. AHN, Clero, Piedra, carp. 3.663, n.º 4.
a. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 67, pp. 112-113 (sin la confirmación).

(B) Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum et Comitum Barchinone.

Testes huius confirmationis P[*etri*] Regis Aragonum sunt: Blaschus Rumei, Lupus de Daroca, Garcia de Villa nova et Caldaron.

[1196-1213]

1616

Pedro el Católico, rey de Aragón, confirma el traslado de las reliquias de San Valero desde la catedral de Roda a la catedral de Zaragoza realizado por su padre el rey Alfonso el Trovador y las donaciones (Monroyo, Berbegal y Fornos -Fórnoles-) que éste hizo a la Iglesia de Roda (27 diciembre 1170).

- B. Copia s. XIV, ALS, Cartulario grande, doc. XXXII, fol. 28.
c. Ed. *ES*, XXX (2.ª ed. 1859), ap. V, pp. 421-424.
d. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 99, pp. 160-162 (sin la confirmación).

(c) Sig[*signo*]num Petri Regis Aragonum, qui supradicta laudo et confirmo.

[1196-1213]

1617

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma al monasterio de Veruela las donaciones hechas por su padre el rey Alfonso el Trovador (junio 1177).

- B. Copia s. XIII, AHN, Cód. 995-B: Cartulario Magno de Veruela, fols. 14r-15r.
a. Ed. *ES*, XLIX (1865), ap. XXXVIII, pp. 385-388.
b. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 236, pp. 324-326 (sin la confirmación).

(B) Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum et Comitum Barch[*inone*].

[1196-1213]

1618

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma el privilegio de exenciones a los habitantes de Montcerdà (Puigcerdà) otorgado por su padre el rey Alfonso el Trovador (junio 1182).

- B. Copia de 1298, AM Puigcerdà, Translat del Llibre vert, fol. 1.
E. Copia de 1382, BC, *Llibre dels privilegis de la insigne vila de Puigcerdà*, fol. 1.
G. Transcripción del traslado confirmatorio de 1424 de fines s. XV, AD Pyrénées Orientales, 1B. 357, Procuració Regal, Reg. 32, fol. 187.
a. Ed. ALART, *Privilèges*, p. 67
b. Ed. MARTÍ, *Dietari de Puigcerdà*, I, n.º 491, pp. 501-502.

Cit.: FONT, *Cartas de población*, II, n.º 167, pp. 233-235.

(b) Signum [*signo*] Petri Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone.

[1196-1213]

1619

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, renueva la confirmación de las propiedades del monasterio de Poblet y la concesión de otros privilegios realizadas por su padre el rey Alfonso el Trovador ([febrero-marzo] 1184).

- B. AHN, Clero, Poblet, carp. 2.037, n.º 1.
- C. Copia, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.037, n.º 2.
- D. Copia, AHN, Clero, Poblet, carp. 2.037, n.º 3.
- E. Copia s. XIII, AHN, Cód. 992-B: Cartulario, «Mulassa» o Becerro de Poblet, n.º XXVII, fol. 11r-v.
 - a. Ed. PONS, *Cartulari de Poblet*, n.º 33, pp. 14-15.
 - b. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 384, pp. 513-515 (sin la confirmación).

(a) Signum [*signo*] Petri Regis Aragonensis et Comitis Barchinonensis, qui hoc laudo et firmo et cum hoc meo signo superius scripta confirmo.

[1196-1213]

1620

Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona, confirma la confirmación de privilegios y libertades del monasterio de San Victorián otorgada por su padre el rey Alfonso el Trovador (marzo 1184).

- B. Copia s. XVIII, RAH, Col. Traggia, VII, «Documentos de los Archivos de Jaca, San Victorián, Ainsa, Boltaña y Alquezar», fols. 136v-138r.
- C. Copia s. XVIII, RAH, Col. Abad y Lasierra, XIX, *Lumen Ecclesiae de Alquezar*, n.º 10.
 - a. Ed. SÁNCHEZ CASABÓN, *Alfonso II*, n.º 385, pp. 515-517 (sin la confirmación).

(B) Signum [*signo*] Petri Regis Aragonum, Comitis Barchinone.

[1196-1213]

1621

Fue el Rey de Aragón con sus Ricos omes ayudar al Conde de Tolosa, è lidió con el Conde de Montfuert, è mataron y al Rey d'Aragón en el mes de September, Era MCCLI.

75. *CHRONICON COMPLUTENSE (281-1226)*²⁴⁸

Ed. HUICI, *Crónicas Latinas*, I, p. 76.

Era MCCXLIX, idus octobris, [*obiit*] infans Fernandus, filius Aldefonsi regis Castelle. In eodem anno capta fuit Salvatierra a sarracenis et Surchera a christianis. In quo sequenti anno rex Aldefonsus devicit Miramomelinum, potentior regem sarracenorum, in loco qui dicitur Navas de Tolosa, ex illa parte portus de Muladar,

²⁴⁵ Alarcón o Alaxarch.

²⁴⁶ Castiel de Dios puede ser el que los musulmanes llamaban *Hisn at-Talg* o *Castillo de las Nieves* (GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, I, pp. 990-991), identificado con el castillo de Dueñas, construcción sobre la que después se erigió la fortaleza de Calatrava la Nueva.

²⁴⁷ Dice *Alaxara*.

²⁴⁸ SÁNCHEZ ALONSO denomina así a otro cronicón, mal llamado *Complutense* por haberse encontrado en un libro del Colegio de San Ildefonso de Alcalá de Henares, que alcanza sólo 1065 (*Historia*, I, p. 145); y *ES*, XXIII, pp. 298-299.

XV.^o kalendas augusti, ubi mortum sunt plusquam M militem sarracenorum, et pauci christiani. Tunc penitus destructe fuerunt Baños et Tolosa, Ubeda et Baeza, et captum fuit castrum quod dicitur Vilches, et retentum. Tunc et recuperata fuit Calatrava et Alarcos, cum circumstantibus castris, et ista fuerunt retenta antea a sarracenis per XVI annos. Iste idem rex diu ante populavit Concham, Optam et Cañete, et Alarcon, Placencia et Bejar. (...)

Petrus rex Aragonie fuit interfectus a Gallis apud castrum quod dicitur Muret, II idus septembris Era MCCLI.

76. ANALES TOLEDANOS III (43-1244)²⁴⁹

Ed. ES, XXIII (2.^a ed. 1799), pp. 410-424, esp. pp. 411-412; y ed. HUICI, *Crónicas Latinas*, I, pp. 363-364.

Era M. CC. LII [I] annos mataron en *Murel* al rey don Pedro de Aragón, padre del rey don Jaimes.

Era de M. et C. XCVIII. annos comenzó à regnar el rey don Alfonso, fijo del dicho rey don Sancho, que venció despues la d' *Úbeda* (...).

Era M. CC. XXXIII, XV.^o. Kalendas Agosti, fue vencido el Rey Don Alfonso de Castiella, fijo del Rey D. Sancho, en *Alarcos*.

Era de M. CC. XLIX. annos Mahomat prisó a *Salvatierra* en el tiempo del dicho rey don Alfonso, que fue vencido en *Alarcos*. (...)

Era M. CC. L. Feria II., XVI.^o Kalendas Agosti, el sobre dicho Rey Don Alfonso venció la d' *Úbeda*.

77. ANALES COMPOSTELANOS (0-1248)²⁵⁰

Ed. ES, XXIII (2.^a ed. 1799), ap. V, pp. 318-325, esp. p. 324.

Era MCCXLIX (...) In eodem anno capta fuit Salvatierra a Sarracenis et Surche-
ra à Christianis.

In quo sequenti anni Rex Aldefonsus devicit Miramomelinum, potentio-
rem Regem Sarracenorum, in loco qui dicitur *Navas de Tolosa*, ex illa parte portus de
Muladar, XV.^o Kalendas Augusti, ubi mortui sunt plus quam M. militum Sarraceno-
rum et pauci Christiani. Tunc penitus destructe fuerunt Banos et Tolosa, et *Úbeda*
retentum.²⁵¹ Tunc et recuperata fuit Calatrava et Alarcos, cum circumstantibus cas-
tris, et ista fuerunt retenta antea à Sarracenis per XVI annos. (...)

Petrus Rex Aragonie fuit interfectus à Gallis apud castrum quod dicitur *Muret*.
II Idus Septembris Era MCCLI.

²⁴⁹ Obra de varias manos que llega hasta la fecha de 1391, SÁNCHEZ ALONSO, *Historia*, I, p. 259.

²⁵⁰ Contenidos en el Tumbo Negro de Santiago, aunque se refieren a Castilla, Aragón y Navarra, ES, XXIII, p. 299; y SÁNCHEZ ALONSO, *Historia*, I, p. 150.

²⁵¹ *et captum fuit castrum quod dicitur Vilches*, según los ANALES COMPOSTELANOS TER-
CEROS (ha. 1249), RAH, Col. Velázquez, 59, n.^o IX.

78. RODRIGO DE CERRATO, *Cronicón del Cerratense* (0-1252)²⁵²

Ed. HUICI, *Crónicas Latinas*, I, pp. 90-94, esp. pp. 92-93.

Era MCCL, anni Domini MCCXII, XVII.º kalendas augusti, fuit prelium de Ubeda, in quo vicit rex predictus sarracenos.

79. ANALES DE TIERRA SANTA (h. 1260-1303)²⁵³

BNE, ms. 10.046 (microf. 8.658), fols. 59r-63r, esp. fol. 60v; y ed. A. SÁNCHEZ CANDEIRA, «Las Cruzadas en la historiografía española de la época. Traducción castellana de una redacción desconocida de los *Anales de Tierra Santa*», *Hispania*, XX (1960), pp. 325-367, esp. cap. 54, p. 350.

Anno Domini M.º CCXIII fue la batalla de Espanna...

80. «ANALES ALFONSIÉS» (1252-1284)²⁵⁴

BNE, ms. 10.046 (microf. 8.658), fols. 55r-57v, esp. fols. 56r y 57v.

Era de mil.c. et lxxxviii. Don Alfonso el Bueno, niño de iiii annos, regnó en Castiella liii annos. Fizo muchos fechos maravillosos, quebrantó los moros e venció la grant batalla de Úbeda en las de Tolosa.

Don Pedro, fijo del Rey don Alfonso, regnó en Aragón. Fue muy granado de su aver e muy p[rob?]ado en armas, et fue coronado en Roma por mandado del papa Innocencio, et murió en la batalla de Muriel, cerca de Tolosa, en Era de mil.cc. et lii annos.

Don Sancho, fijo del Rey don Sancho, regnó en Navarra pues de su padre, e fue muy forte ome, et fue con el Rey don Alfonso en la grande batalla de Úbeda. Murió sin fijo.

81. CRÓNICA ANÓNIMA DE SAHAGÚN II (s. XIII)²⁵⁵

Ed. A. UBIETO ARTETA, *Crónicas Anónimas de Sahagún*, «Textos Medievales» n.º 75, Zaragoza, Anubar, 1987, pp. 133-161, esp. p. 140.

²⁵² Domingo, fue un prolífico autor de vidas de santos, SÁNCHEZ ALONSO, *Historia*, I, pp. 256 y 274.

²⁵³ Datación y estudio, *Ibidem*, pp. 331-337.

²⁵⁴ Damos este nombre a una fuente que tiene un texto diferente del de otros anales coetáneos y que se considera ligado a las traducciones del Toledano realizadas en época alfonsí, GÓMEZ REDONDO, *Historia*, I, pp. 166-170; y CATALÁN, D., *La Estoria de España de Alfonso X. Creación y Evolución*, «Fuentes Cronísticas de la Historia de España», V, Madrid, Fundación Ramón Menéndez Pidal-Universidad Autónoma de Madrid, 1990; reed. Madrid, 1992, III, pp. 61-91.

²⁵⁵ Piezas de varios monjes anónimos de este monasterio leonés conservadas en una copia tardía del siglo XVII. La segunda parte de la crónica se prolongó hasta el reinado de Alfonso X el Sabio. Véase SÁNCHEZ ALONSO, *Historia*, I, pp. 158-159; el estudio de UBIETO; y GÓMEZ REDONDO, *Historia*, I, pp. 1.022-1.024.

Don Fernando [III], rei de León, fijo del rei don Alfonso [IX] e de la reina doña Berenguella, que fue fija del mui escalreçido don Alfonso [VIII], rei de Castilla e de Toledo, el qual de los françeses era llamado *petit*, el qual bençió a Mamolín, rei de los moavitas, en las Nabas de Tolosa.

82. CRONICÓN DE CARDEÑA II (791-1312)²⁵⁶

Ed. ES, XXIII (2.^a ed. 1799), pp. 377-381, esp. pp. 379-380; y ed. HUICI, *Crónicas Latinas*, I, pp. 378-381, esp. p. 380.

Regno D. Alfonso (...) é venció la Batalla de *Úbeda*: e dejó los Moros en tal manera quebrantados, porque después ganó el Rey D. Fernando lo que ganó...

83. CRONICÓN DE CARDEÑA I (0-1327)²⁵⁷

Ed. ES, XXIII (2.^a ed. 1799), pp. 371-377, esp. p. 376; ed. HUICI, *Crónicas Latinas*, I, pp. 373-378, esp. p. 377.

Era de MCCL años: fue la batalla de *Úbeda*.

84. DIEGO GARCÍA DE CAMPOS, *Planeta* (1218)²⁵⁸

Ed., introd. y notas M. ALONSO, Madrid, CSIC, 1943, pp. 181 y 196 (Prólogo epistolar dedicado al arzobispo de Toledo Rodrigo Jiménez de Rada).

[*Atribuyendo características distintivas a los pueblos de Occidente*]

Emendat vel commendat Gallecos in loquela, Legionenses in eloquencia, campesinos in mensa, Castellanos in pugna, Sarracenos in duricia, Aragoneses in constancia. Cathalanos in leticia, Navarros in leloa, Narbonenses in miniatura, (...) ...Provincialis in rithmis...

[*Lamentando la crisis general de su tiempo*]

Scribo itaque quando itaque totus fere mundus degenerat, et a summis principibus usque ad agricolas hydiotas humanum genus quasi peccandi licentiam imptasse non habet amplius licet velit quo valeat peiorari. Quando ut a fine mundi incipiam ascendendo: Portugalensis barones suos aut contempnit aut aporiat aut proscibit aut quod est frequentius exheredat.²⁵⁹ Quando Legionensis non parcit filiis nec vassallis²⁶⁰ et est pro regula quod qui minor est in culpa precipuus sit in pena. Quando Castellani, qui de fidelitatis constancia se iactabant,²⁶¹ puellum

²⁵⁶ Escrita en un breviario antiguo del monasterio benedictino burgalés de San Pedro de Cardaña, ES, XXIII, pp. 356-357; y SÁNCHEZ ALONSO, I, pp. 256-257.

²⁵⁷ Escrita en un breviario antiguo del monasterio benedictino burgalés de San Pedro de Cardaña, ES, XXIII, pp. 357-258; y SÁNCHEZ ALONSO, I, p. 257.

²⁵⁸ Canciller de los reyes Alfonso VIII y Enrique I de Castilla.

²⁵⁹ Alfonso II.

²⁶⁰ Alfonso IX.

²⁶¹ Los Lara.

dominum tam imprudenter quam insatiabiliter persequuntur.²⁶² Quando Navarrus non macilento sui similis set obeso: nescio qualiter regno provideat, qui suo suis corpori vel nescit vel despiciat providere.²⁶³ Quando Aragonensis debilior corpore quam etate, optare debet ut regnum forcius possit regere quam personam. Quando Cathalonia in ipsis singultibus letabunda: occisum a Gallis dominum sepe verbis vindicat, nunquam factis.²⁶⁴ Quando Narbona labilis, inter duces et archiepiscopum lubricata: utrique debita, neutri subdita, utrique suspecta, neutri despecta, ambobus superba, inter manus tenencium anguillatur.²⁶⁵ Quando misera nec miseranda Provincia miserabiliter arriana contra ecclesiam minus recalcatrat quam rebellat.²⁶⁶ (...) Quando Francia bellicosa, Grecis. Anglicis et Provincialibus castigatis, demerendo meruit ab eisdem quos castigaverat castigari.

85. LUCAS, OBISPO DE TUY, *Chronicon mundi* (h. 1230-d. 1236)²⁶⁷

Ed. y estudio E. FALQUE, *Lucae Tudensis Chronicon mundi* («Corpus Christianorum. Continuatio Medievalis», LXXIV), Turnhout, Brepols, 2003, pp. 321 y 327-331.

83. (...) Rex Castelle Adefonsus cepit quasi leo fortissimus cum Christianis et Sarracenis regibus in circuitu regni sui consistentibus fortiter et sapienter armis conflare, regnum suum defendere et ampliare, et populum sibi subditum iuste gubernare. Siquidem cum ex uno latere regni haberet fortissimum Legionensem regem Adefonsum, ex altero Sancium regem strenuum Navarrensi, tercio regem ferocissimum Petrum Aragonensium et quarto maximum Sarracenorum regem Miramamolinum, tamen ipse rex Adefonsus cum omnibus armis et consilio fortiter se gerebat, sua defendebat et omnium aliorum regum multa castra et oppida capiebat. (...)

87. Suprafatus autem Adefonsus inclitus rex Castelle quod diu conceperat animo perducere cupiens ad effectum, ut haberet occasionem gerendi prelium cum Sarracenis, cum quibus tunc pacem habebat, populavit quandam villam que

²⁶² Enrique I.

²⁶³ Sancho VII.

²⁶⁴ Aludiendo a la muerte de Pedro el Católico y a la crisis inmediata al desastre de Muret.

²⁶⁵ Aludiendo al conflicto que enfrentó a Simon de Montfort, duque de Narbona, y a Arnau Amalric, arzobispo de Narbona, por el ducado de Narbona.

²⁶⁶ Aludiendo al problema de la herejía.

²⁶⁷ Clérigo leonés (m. 1249) del monasterio de San Isidoro de León, visitó Roma, Jerusalén y Constantinopla (1220-1230), fue *magister scholarum* y obispo de Tuy (1239). Su obra es una crónica híbrida que retoma la crónica isidoriana y visigótica para llegar hasta 1236. Compuso también un tratado contra los herejes albigenses titulado *De altera vita*. Véase un completo estudio del autor y su obra, con bibliografía actualizada, en la edición de FALQUE («Introducción»). La crónica debió terminar de redactarse después de 1237 (*Ibidem*, p. xxi), si bien Peter LINEHAN sospecha que pudo ser en 1241-1242 («Fechas y sospechas sobre Lucas de Tuy», *AEM*, 32/1, 2002, pp. 19-38). Un reciente y amplio estudio del autor y su obra, coordinado por Patrick HENRIET, en «Luc de Tuy. Chroniqueur, hagiographe, théologien», *Cahiers de Linguistique Hispanique Médiévale*, 24 (2001), pp. 199-309. Sobre su versión de Las Navas de Tolosa, ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 123-126.

Mora²⁶⁸ dicitur, in confinio barbarorum. Rex autem Miramamolinus nomine Abeniacob misit ei nuncios dicens quod non haberet pacem cum eo, si dictam villam popularet. Sed cum rex Castelle nollet a populatione desistere, venit rex barbarus cum tanta Sarracenorum multitudine et cum tanto bellico apparatu, quod non posset aliquatenus explicari, et obsedit castrum quod dicitur Salvaterra. Cumque milites Cisterciensis ordinis Sarracenis in ipso castro fortiter restitissent, Mauri viriliter accedentes machinis fregerunt murum, multis ex illis occisis. Cepit rex Miramamolinus ipsum castrum et propter hyemen Yspalim reversus est. Rex autem Adefonsus cum esset in angustiis positus, eo quod barbaris comode non poterat obuiare, conuocavit regem Aragonie et regem Navarrie precibus et muneribus, ut secum accederent contra barbaros pro fide catholica pugnaturi. Misit etiam idoneos nuncios ad regem Legionensem, ut ipse quoque dignaretur tanto periculo subvenire. Sed rex Legionensis licet ad subveniendum desiderat accedere, tamen habito cum suis consilio respondit quod libenter accederet, si rex Castelle sibi redderet castra que illi abstulerat. Rex vero Castelle cum esset erga plurima occupatus et in arto positus, non potuit ad singula respondere, sed totum animi sui impetum direxit ad iniurias sibi a Sarracenis illatas omnimode vindicandas.

88. Eo tempore archipresul Toletanus nomine Rodericus scientia et moribus eruditus atque omni bonitate conspicuus, tactus nimio cordis dolore intrinsecus, tamquam catholice fidei filius se non recusavit subdere laboribus et discriminibus pro defensione catholice veritatis. Etenim fultus auctoritate domini Pape Innocencii Gallias adiit, verbum Dei assidue proponendo et suadendo populis, ut ad defensionem fidei convenirent, data illis remissione omnium peccatorum et eos crucis signaculo muniendo. Tetigit Dominus corda multorum, qui audiebant verbum Domini populorum et contra barbaros alacriter properabant. Sed dum hec agerentur, filius regis Castelle, qui sperabatur regnaturus post patrem nomine Fernandus, morte preventus est; cuius obitum in tantum cunctos dolore replevit Yspanos Christicolos, ut se fere cuncti amisisse deflerent patrem, dominum, socium et pastorem. Etenim non in merito, quia erat clemens, fortis, pulcher, sapiens, largus et catholicus. Hic tanto fidei catholice fervebat ardore, ut cum quadam die fecisset sibi exponi passionem Ihesu Christi et ex relatione didicisset, quod antiqui catholici reges Iudeos expulerint ab Yspania et Toletana civitas Iudeorum proditione tradita fuerit Sarracenis, tantum concepit odium contra ipsos, quod eorum proterviam quibuscumque poterat, persequeretur modis, et quia Iudei timebant deleri per ipsum, ut fertur, eius mortem procuraverunt veneno, quia mundus non erat dignus tanto principe gloriari. Sepultus est Burgis in monasterio sancte Marie cum honore magno.

89. Rex autem Adefonsus licet esset pro morte tanti filii saucius, ex multitudine exercituum confluencium recepit consolationem. Venit namque preclarus Petrus rex Aragonum cum multitudine populorum. Accessit fortissimus Sancius rex Navarrensiu cum robustissima manu militum. Affuerunt Portugalenses et etiam Franci et Gallici, qui ad prelium tanquam ad epulas properabant. Rex Miramamolinus ut hec audivit, valde pertimuit et doluit se verbum superbie protulisse, scilicet quod vinceret in campo omnes adorantes crucem Christi. Unde iam non ad presens Christianos impetere, sed tantum se defendere satagebat. Confivebant populi multi Christianorum apud regiam civitatem Toletum et cum deficerent in expensis, rex Castelle in tantum manu largissima de thesauris suis singulis prebuit necessaria, ut nullus posset ab exercitu victus inopia resilire. Sed cum rex barba-

²⁶⁸ Moya.

rus Christianis expectantibus ad bellum, ut promiserat, non accederet, nostri moventes castra prima fronte castellum Malagon ceperunt, cunctis illius opidi gladio trucidantes. Deinde ceperunt Calatravam et Petram bonam, Benaventum, Alarchos et Caracuel. Post hec Francorum populus cepit murmurare victus dulcore patrie sue, et statuentes inter se quod nullus remaneret, nec futurum expectaret bellum, ad propria reversi sunt. Quibus recedentibus suprafati reges Christianorum turbati sunt, volentes eos retinere muneribus et precibus, sed nullatenus potuerunt. Sed rex Adefonsus in Domino roboratus iussit Yspanorum populum ad portum de Muradal accedere, ubi multos invenerunt Sarracenos armatos, quos Christiani milites gladiis ferientibus fugaverunt. Et quia excelsi montes et anguste semite Christianos ad Sarracenos accedere non permittebant, divinitus affuit quidam coram rege Adefonso quasi pastor ovium, qui eis latam ostendit viam, et eo duce pervenerunt usque ad castra Maurorum et nullo vidente pastor ipse recessit. Sarraceni autem ut viderunt Christianorum exercitum, quia ventus veniebat ex parte ipsorum, ignem per spinas et tribulos posuerunt, ut fumus Christianis noceret. Sed divina gratia fumus cessit retro et in castris Maurorum se totus ingressit et per nimium oppressit eos. Exercitus autem Christianorum sedit in monte nocte sequente et illuscescente die iussit rex Miramamolinus Sarracenos ad bellum tubis et timpanis excitare.

90. Tunc reges Christiani inito consilio quieverunt ipsa die, ut se ad bellum die altera prepararent. Ordinaverunt autem inter se, ut Didacus Lupi nobilis et strenuus cum nepote suo Sancio Fredenandi, quondam regis Legionensis filio, prima fronte exercitum preiret. Sed ubi commissum est prelium tanta fortitudine preclarus Didacus accessit cum suis, quod Sarraceni turbati in se perstiterunt. Quod videntes Christianorum exercitus animati ad prelium Sarracenorum castra gladiis undique feriebant. Victus est rex Miramamolinus cum suis et tanta multitudo cecidit barbarorum, quod nullus vivens posset mortuorum cadavera numerare. Actum est hoc felicissimum bellum in loco qui dicitur Navas de Tolosa, cui in Yspania simile bellum nunquam fuit. Post hec ceperunt nostri Bilchis, Ferral, Balneos et Ubedam, in qua multa Sarracenorum milia occidere. Sed cum populus Christianorum ex labore nimio graviter inciperet egrotare, inclito rege Adefonso precipiente in propria reversi sunt cum multis opibus et gloria magna.

91. Cum autem hec agerentur, rex Legionensis Adefonsus habebat secum virum potentissimum Petrum Fernandi de Castilla, qui ei nobiliter consilium et auxilium impendebat, et ipso dicto Petro Fernandi operam dante recuperavit de illis oppidis que sibi abstulerat Rex Castelle Rodam, Ardon, Castrum terram, Villalugam, Castrum Gonzalvi, Albaladista, Lunam, Gordon, Aruolium, Alion et quedam alia. (...)

Rex autem Castelle Adefonsus, qui post felicem victoriam timebatur venire super Legionenses in ira et brachio extento, valde humilis venit laudans Deum de victoria reddita populo Christiano. Et invitans ad pacem regem Legionis indulsit ei omnia opida, que abstulerat sibi, et insuper restituit ei Pennamfiel, Almazam et Collem in terra Legionis et in Asturiis Mirandam de Nieva, et in territorio Salmantice dedit sibi ad diruendum castellum de Carpio, et Montem Regalem. Rex etiam Legionis ex pacto regis Castelle tradidit regi Portugalie omnia castra, que abstulerat illi. Hoc rex sapientissimus Castelle ideo faciebat, ut pacificatis omnibus Yspanie regibus eos contra Sarracenos concitaret.

86. *CHRONICA LATINA REGUM CASTELLAE* o *CRÓNICA LATINA DE LOS REYES DE CASTILLA* (h. 1236-1239)²⁶⁹

Ed. y trad. L. CHARLO BREA, Cádiz, Univ. de Cádiz, 1984, pp. 17-19, 23-36, 39-40 y 64; y ed. L. CHARLO BREA, *Chronica hispana saeculi XIII*, «Corpus Christianorum. Continuatio Mediaevalis», LXXIII, Turnhout, Brepols, 1997, pp. 7-118, cap. 15, pp. 48-50, caps. 18-26, pp. 53-64, cap. 27, pp. 66-67 y cap. 45, pp. 87-88.

15. (...). Ea tempestate Sancia, regina Aragonum, amita eiusdem regis Castelle, filium suum Petrum, regem Aragonum, adulescentulum, et regnum eius tenebat in manu sua. Post bellum siquidem de Alarcos non multo tempore Alfonsus, rex Aragonum, filius comitis Barcinonie, pater predicti regis Petri, viam ingressus est universe carnis. De quo suspicabantur homines quod malum, quantumcumque poterat, machinabatur, in dampnum regis regni Castelle. Predicta vero regina diligebat regem Castelle super omnes homines et in vitam mariti sui, ita quod propter hoc eidem viro suo erat non modicum odiosa.

Nacta igitur oportunitate, ignis amoris, qui aliquantulum latuerat in pectore regine in vita viri sui propter metum eiusdem, erupit in flammam manifestam et filium suum confederavit firmissime regi Castelle, procurans, tanquam prudens Abigail, qualiter et potenter regi Castelle [*subvenire*]. Ut autem expedicius rex Aragonum posset subvenire regi Castelle, quoniam paupertate laboraverat aliqua, multam sumam pecunie dono recepit a rege Castelle. Predictus igitur rex Petrus, iam adulescens factus, consilio prudentis matris, comitatus nobilibus vassallis suis, venit ad regem Castelle et eidem inseparabiliter adhesit quamdiu guerra duravit.

Habito igitur prudenti consilio, reges castrametati sunt iuxta Avilam in loco sanissimo et frigido in estate media, qui vulgo [*dicitur*] Palomera, unde, si opus esset, commode subvenire possent suis qui erant ultra serram et defendebant villas et castra contra regem Marroquitanum, et illis qui erant in terra de Campis. Sic et in medio constituti timebantur ab hostibus utrinque, nec licebat eis vagari passim sicut vellent.

Comperto vero quod rex Marroquitanus revertebatur in terram suam, moverunt castra versus regem Legionis, premitentes virum nobilem, prudentem et strenuum, Fernandum Roderici de Alverracim, cum multitudine militum qui detinerint regem Legionis et exercitum eius in regno Castelle ne libere possent ad propria remeare. Prescivit autem hoc rex Legionis et cum nimia festinancia reversus est in terram suam, ita quod dictus vir nobilis F[*emandus*] Roderici non potuit eum consequi in regno Castelle, sed tamen persecutus est eum usque in regnum suum.

Insecuti vero reges cum exercitu suo milites, quos premiserant, intraverunt in regnum Legionis, vastantes undique totam terram, utpote que non habebat defen-

²⁶⁹ Obra capital para la historia castellana del primer tercio del siglo XIII, su autor, un prelado castellano muy bien informado y con un amplio conocimiento de la realidad extrapeninsular, pudo ser Juan de Soria (m. 1246), obispo de Osma y canciller del rey Fernando III de Castilla y León. Véanse las introducciones de CHARLO BREA a sus ediciones (1984, 1997 y una trad. de 1999), además de LOMAX, D. W., «The autorship of the Chronique Latine des Rois de Castille», *Bulletin of Hispanic Studies*, 40 (1963), pp. 205-211; ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 121-123; LINEHAN, P., «Don Juan de Soria, unas apostillas», *Fernando III y su tiempo (1201-1252)*. VIII Congreso de Estudios Medievales, León, Fundación Sánchez Albornoz, 2003, pp. 375-393; y las recientes aportaciones recogidas en «*Chronica regum Castellae*», *e-Spania. Revue électronique d'études hispaniques médiévales*, 2 (2006).

sorem. Expugnaverunt et vi ceperunt oppidum quod dicitur Castrum Viridi, ubi captus fuit comes Fernandus de Cabrera, et Alvarus Pelagii, vir nobilis, et Petrus Ovarii et Alfonsus Armillez, Portugalensis quidam nobilis, cum omnibus militibus suis. Deinde procedentes ulterius apropinquaverunt Benevento ubi erant rex Legionis cum Mauris et Christianis vasallis suis, et pervenerunt usque Astoricam, quidam et usque Rabanal, alii vero usque in ingressum terre qui dicitur Berezo. Sic igitur vastantes regiones circumdiacentes, reversi sunt Legionem et obsidentes castrum Iudeorum vi ceperunt illud et munientes retinuerunt; et sic cum honore magno et preda multa reversi sunt in regnum Castelle.

Anno sequenti, scilicet tercio post bellum de Alarcos, rex Marroquitanus iterum venit ad terram que est ultra serram et obsedit villa, que dicitur Madrit... (...)

Rex vero Castelle et rex Aragonum iterum intraverunt in regnum Legionense et multa mala Legionensibus intulerunt. Rex Legionis semel ivit ad regem Marroquitanum, quem invenit apud Yspalim. (...)

18. Manebat in alta mente regis positum, quod nunquam de ipsa exciderat, infortunium quod passus fuerat in bello de Alarcos. Sepe revocabat ad animum diem illam, habens desiderium vicem reddere regi Marroquitano et pro hac re sepe Dominum deprecabatur.

Altissimus, qui paciens redditor est, videns desiderium gloriosi regis, inclinavit aurem suam et de excelso solio sue orationem eius exaudivit. Irruit igitur Domini Spiritus in regem gloriosum et induit eum virtus ex alto, sicque quod tam longo tempore preconceperat produxit in altum. Movit igitur guerram regi Marroquitano, confisus de misericordia Domini nostri Iesu Christi, et statim intravit cum filio suo in terram predicti regis versus partes Murcie; sed quia paucos habuit de vassallis suis, non multum nocere potuit Mauris. Sed dum ipse ageret un partibus illis, Alfonsus Telli et Rodericus Roderici, vassalli eius, cum quibusdam Tolletanis obsederunt turrem de Guadalferza et, machinis aponitis, eam vi ceperunt.

Rex vero Marroquitanus quartus Abdelimum, filius eius, qui venit ad Alarcos, audito quod rex Castelle moverat ei guerram, indignans et furore repletus, tanquam vir strenuus et bellicosus, impaciens more, colecta infinita multitudo militum et peditum, apertis siquidem thesauris suis, stipendia largissima largitus est suis -tunc enim florebat regnum Marroquitanum prudentia et divitiis et multitudine bellatorum transfetavit.

Transitum facit per Yspalim et Cordubam; transiens Portum de Muradal, obsedit castrum quod dicitur Salva Terra -tunc erat caput milicie fratrum de Calatrava-, munitum quidem multis armis diversi generis, frumento et ordeo et multiplicis generis legumine, carnibus et viris strenuis, fratribus scilicet et aliis nobilibus et preclaris viris. Firmata est obsessio, ceperuntque castrum expugnare cum machinis mire magnitudinis, quod alias inexpugnabile videbatur.

19. Rex autem nobilis, hoc audito, precepit domino Didaco ut cum vasallis suis et quibusdam aliis magnatibus apud Toletum moram faceret. Ipse vero rex discurrebat per villas et castella que sunt ultra serram, confortans animos hominum; exercitus autem, quem potuit habere, manebat in serra Sancti Vicencii. Pauca namque concilia secuta fuerunt ipsum in illo tempore.

Post duos menses et eo amplius, de mandato gloriosi regis predictum castrum, scilicet Salva Tierra, redditum fuit regi Marroquitano -quia iam ipsum defendere non valebant- salva vita illorum qui intus erant et salvis rebus mobilibus quas

secum asportare potuerunt. O quantus luctus hominum, vox mulierum plangentium et percutientium pectora sua pro amissione Salve Terre!

Sed luctus ille per misericordiam et virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui adiutor est suorum in oportunitatibus, in tribulatione, anno revoluto, in gaudium est conversus. Vere quidem presagio quodam castrum predictum nominatum est Salvatierra; salvavit enim terram totam per illud castrum Dominus dupliciter, quoniam adunetus regis Marroquitani in nullo alio nocuit terre in anno illo, cum multa dampna inferre potuisset. Preterea captio Salve Terre fuit occasio precipua belli gloriosi quod commissum est in anno sequenti in Navas de Tolosa, in quo per virtutem crucis Christi victus est rex Marroquitanus.

Tactus namque dolore cordis intrinsecus, rex gloriosus posuit animam suam in manibus suis et, habito tractatu et deliberatione cum filio suo et cum domino Didaco et cum archiepiscopo Toletano et aliis magnatibus regni, firmatum est ut in anno sequenti, spem suam ponentes in Deo, pugnarent contra regem Marroquitanium, nisi per eum staret. Exiit igitur a rege glorioso per universum regnum ut, intermissa constructione murorum, cui omnes insistebant, arma bellica compararent et se ad bellum pararent.

20. Post hoc elapsis quindecim diebus predictos Ferrandus, filius regis, flos iuvenum, decus regni, patris dextera, vite sue correptus acuta febre in Madrit terminum dedit. Emarcuit cor regis, obstupuerunt principes eius et nobiles terre, populi civitatum extabuerunt, sapientes exterriti sunt animadvertentes quod ira Dei et indignatio decreverat terram ponere desolatam. Nusquam luctus aberat, seniores consperserunt capita sua cinere, induti sunt omnes saccis et cilicio, virgines omnes scalide, facies terre penitus inmutata est.

Nobilissima regina Alienor, audita morte filii, mori cum eo voluit, et intravit lectum, in quo iacebat filius et, supponens os ori et manus manibus complicans, nitebatur vel eum vivificare vel cum eo mori. Sicut asserunt qui viderunt, nunquam dolor illi similis visus fuit. Exclamare libet cum populo: O altitudo diviciarum sapientie et sciencie Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie ipsius. Profunde nimis facte sunt cogitationes eius, et nos insensati non intelligimus.

Que videbantur inicia dolorum et confirmatio malorum, ipsa fuerunt finis malorum et inicium gaudii et consolationum. Sepulto namque predicto filio regis in monasterio regali, quod est iuxta Burgis situm, per manum archiepiscopi Toletani, presente regina domina Berengaria et lamentantibus cunctis qui erant in Castella –rex namque gloriosus et uxor eius et dominus Didacus remanserunt ultra serram–, reversus est archiepiscopus et regina domina Berengaria ad regem, quem invenerunt apud Guadalaiaram.

Exinde Rodericus, archiepiscopus Toletanus, missus est ad regem Francie et ad principes et alios nobiles illarum parcium ut ostenderet eis angustiam populi Christiani et discrimen belli futuri. Rex vero nobilis ivit Concam, ubi colloquium habuit cum amico suo Petro, rege Aragonum, et iuramento sibi eum apud Toletum cum rege Castelle, paratus ad bellum contra regem Marroquitanium.

Recesserunt ab invicem, colloquio habito, et rex nobilis, indutus virtute ex alto, fuit ad castrum, quod dicitur Alarcon et ibidem dimissis uxore et filia, cum paucis militibus et hominibus quorundam villarum et domesticis suis cepit infra XV dies nobile castrum de Xorquera, quod inespugnabile videbatur, et castrum de Alcalá et las Cuevas de Garanden, que omnia munivit armis et hominibus, et sic cum gaudio reversus est in terram suam.

21. Inicia gaudii hec fuerunt. Omnes qui in captione Salve Terre et in morte filii regis pre dolore et angustia defecerant animis, confortati sunt in Domino et in potencia bonitatis eius, adeo quod ex tunc omnium, tan nobilium quam ignobilium, desiderium summum erat in bello lacessere regem Marroquitanum. Vere virtus Domini nostri Iesu Christi, qui vere Deus est et homo, latenter operabatur, quia tam subito corda hominum potuit inmutare de timore in audaciam, de desperatione in conficenciam suam.

Archiepiscopus autem Toletanus adiit regem Francie; cui cum exposuisset causam vie et necessitatem et angustiam populi Christiani, neque verbum bonum habere potuit ab ore eius. Circuivit totam Franciam supplicans magnatibus et multa pollicens eis ex parte regis Castelle, sed nec unum ex eis movere potuit.

Misit preterea rex nobilis, cuius intencio tota es studium in hoc erta, in partes Pictavie et Vasconie virum industrium, magistrum Arnaldum, fisicum suum, qui concitaret animos potentum, multa promictens ex parte regis ad bellum futurum.

De partibus illis multi nobiles et magnates cum archiepiscopo Burdegalensi venerunt in auxilium regis Castelle in estate proxima, cum iam inmineret tempus belli. De Provincie vero partibus, per quas transitum fecerat archiepiscopus predictus venit archiepiscopus Narbonensis et quidam alii de provincia Vienensi.

Circa festum igitur Penthecostes ceperunt undique gentes confluere ad civitatem Toletum, et in octava die eiusdem festi Petrus, rex Aragonum supradictus, intravit Toletum, sicut promiserat, uno tantum milite comitatus. Secuti sunt postea vasalli sui multi et boni et ad res bellicas expediti. Dum convenirent nobiles et populi regis Castelle et regis Aragonum, cunctis, qui venerant de Pictavia et de Vasconia et de Provincia et de aliis partibus et ipsi regi Aragonum, expensas omnes nobilis rex Castelle sufficienter ministrabat. Ubi tanta copia auri effundebatur cotidie quam vix et numeratores et ponderatores multitudinem denariorum qui necessarii erant ad expensas poterant numerare. Universus clerus regni Castelle ad petitionem regni medietatem omnium reddituum suorum in eodem anno concesserant domino regi. Preter stipendia cotidiana regi Aragonum multam sumam pecunie misit antequam ipse de regno suo exiret: pauper enim erat et multis debitis obligatus nec sine adiutorio regis Castelle potuisset militibus suis, qui eum sequi debebant, stipendia necessaria largiri.

Ardentes igitur universi desiderio belli futuri festinabant castra movere, sed Pictavini et alii Ultramontani nec habebant equos aptos ad prelium nec iumenta ad ferendas sarcinas in expeditione necessarias. Quibus omnibus nobilis animus principis gloriosi, qui aurum velud aquam effundebat, necessaria largissime donavit.

22. Moventes igitur castra in nomine Domini Iesu Christi profecti sunt versus Malagon, quod in momento et velud in ictu oculi rapuerunt de manibus Mauroorum, concidentes in frustra quotquot ibi reperti sunt. Deinde aprominantibus illis ad Calatravam, redita est ei per manum Mauri, qui dicebatur Avencalem, reservata vita viris et mulieribus qui reperti sunt [1] ibidem. Ceperunt tunc Beneventum, Alarcos et Caracuel.

Videntes autem Ultramontani, qui solebant in umbris degere in temperatis regionibus, estum nimium et fervorem solis, ceperunt murmurare dicentes quod ad bellum venerant contra regem Marroquitanum, sicut eis fuerat predicatum, quem cum non inveniebant, volebant modis omnibus repatriare. Quo audito dolebant omnes Christiani de recessu quem parabant. Erant etenim fere mille milites

nobiles, in armi strenui et potentes, et fere sexaginta millia peditum armatorum, quorum quasi caput et principes erat archiepiscopus Burdegalensis.

Laboravit rex nobilis cum rege Aragonum ut eos retineret, sed istud nullatenus efficere potuerunt. Licet autem consultum fuisset regi nobili et eos terreret verbis asperis atque minis, quia sua consumserant et ab eo multa receperant, noluit tamen acquiescere predicto consilio, sed in pace permisit eos abire, donans archiepiscopo Burdegalensi munera et expensas. Tunc autem exercitus regis Marroquitani non distabat ab exercitu Christianorum per dietas duas. Mirabilis Deus in sanctis suis, qui tam mirabiliter providit Yspanie et precipue regno Castelle, ut recedentibus Ultramontanis gloria belli famosi Yspanis, non Ultramontanis, attribueretur. Illis autem abeuntibus, pauci remanserunt cum Theobaldo de Blazon, filio Petro Roderici de Guzman, et cum archiepiscopo Narbonensi, qui oriundus fuerat de Catalonia. Exhilarati autem Christiani contra meditationem, qui prius fuerant constriati, catra moverunt versus Salvaterram, ubi et castrametati sunt.

Sequenti vero die ibidem remanserunt, et de mandato regum tam nobiles quam populi, armati, prodierunt in campum quasi iam pugnaturi contra hostes. Terribiles quidem erant castrorum acies ordinate; nunquam tot et talia arma ferre in Hispaniis visa fuerunt. Exhilarati reges tam dulci et tam terribili visione concipiunt ingentes animos et robur addidit cunctorum animis et corporibus spes victorie preconcepta.

Moventur castra celeriter et ilariter versus Portum de Muradal; cui cum appropinquarent, pro certo comperiunt partem exercitus regis Marroquitani tenere Portum de Losa, qua nulli preter eorum voluntatem transire licebat. In cetum abeunt proceres; conveniunt in temptorium regis Castelle, rex Aragonum et rex Navarre, qui tunc iam aderat, licet cum paucis militibus advenisset, archiepiscopi Toletanus et Narbonensis, nobilis vasallus regis gloriosi Didacus Lupi et alii magnates utriusque regni, deliberturi quid in tanta necessitate agendum esset. Aliis visum est ut rediret quilibet in terram suam, quod cum honore et gloria fieri posset, ex quo montes nullo transire licebat. Aliis vero visum est querendum esse alium portum, sed regi glorioso visum est esse turpe referre pedem. Discedunt hora vespertina nullum consilium invenientes quod eis placeret, sed disponunt implorare divinum auxilium iuxta consilium regis Iosaphat, de quo legitur in libro Regum: *cum ignoramus quis agere debeamus, hoc solum residuum habemus ut oculos ad celum levemus.*

23. Solus Garsias Romerus, vir nobilis, prudens, strenuus et fidelis vasallus regis Aragonum remanserat cum rege glorioso in tentorio suo. Tunc misit Deus quemdam in specie pastoris, qui regi glorioso locutus est secreto, promittens se indicaturum, cui ipse mandaret, locum valde propinquum, per quem totus exercitus sine periculo transire posset montes altissimos. Gavisus rex gaudio magno iussit acersiri dictum Garsiam Romerum et eidem, que a pastore didicerat, indicavit. Qui statim exiens de mandato regis gloriosi, vocatis militibus suis, pastore duce, pervenit ad quemdam locum sole iam occidente, unde aspexit oculis quod pastor promiserat nobili regi. Letus et ovans ad regem gloriosum revertitur festinancia, nuncians ei quod ita invenerat sicut pastor dixerat supradictus.

Creditur ab his, qui recte sapiunt, quia non purus homo, sed aliqua divina virtus extitit, que in tanta angustia subvenit populo Christiano, cum tot adalides, tot pastores, tot fratres de Calatrava per loca illa sepe discurrerent, nullus tamen eorum de loco illo aliquid sciret; nec idem pastor postea comparavit.

Siluerunt illa nocte. Summo mane divulgatum est verbum istud castris. Repleti sunt omnes gaudio magno et moventes castra transierunt eadem die, scilicet die

sabbati, prerupta montium et concava valium, et descendentes in planiciem castrametati sunt ex opposito castrorum regis Marroquitani. Videntes autem Mauri castra Christianorum stupore repleti sunt pariter et timore.

Mane sequenti die dominice Mauri prodeunt in campum pugnare parati, sed Christiani quieverunt illa die defendentes tentoria ab incurso Sarracenorum. Mauri etenim in superbia elati circumquaque precipites ferebantur usque ad tentoria Christianorum pervenientes; sed intelligentes quod Christiani pugnare nolebant illa die, reversi sunt cum rege suo tamquam victores in locum castrorum suorum.

Aurora lucis rutilat precedens preclarissimam et felicissimam diem, qua, si quid labis vel opprobii contraxerat rex gloriosus et regnum eius in bello de Alarcos, purgandum erat per virtutem Domini nostri Iesu Christi et victoriosissime Crucis, in quam blasphemaverat ore poluto rex supradictus Marroquitanus. Audito namque quod rex gloriosus miserat archiepiscopum Toletanum et legatos suos in Franciam et in alias regiones Christianorum invitare populum catolice fidei sectatorem ad bellum futurum, fertur dixisse rex Marroquitanus quia ipse potens erat bellare contra omnes qui signum Crucis adorabant. Domine Iesu Christe, tu deiecisti eum dum alevaretur, nam tales tolluntur in altum effrenata superbia, ut lapsu graviore ruant.

24. Surgunt igitur Christiani post mediam noctem, in qua hora Christus, quem collebant, victor surrecit a morte, et auditis missarum solemniis, recreati vivificis sacramentis Corporis et Sanguinis Dei nostri Iesu Christi, munientes se signo Crucis, sumunt celeriter arma bellica, te gaudentes currunt ad prelium tanquam ad epulas invitati. Non illos retardant fragosa et saxosa loca, non concava vallium neque prerupta montium. Feruntur in hostem parati mori vel vincere.

In prima acie ex parte gloriosi regis erat nobilis vasallus eius, fidelis et strenuus, Didacis Lupis et cum eo Sancius Fernandi, filius Fernandi regis Legionis, et Urrace sororis eius, et Lupus Didaci, filius eius, et alii consanguinei ipsius et amici et vasalli. Ex parte vero regis Aragonum aciem primam regebat Garsias Romerus, vir nobilis, strenuus et fidelis, et cum eo erant alii quam plures Aragonenses nobiles et potentes. Alie vero acies disposite sunt dextra levaeque sicut ordo bellorum exigit. Ultimas vero acies reges dirigebant, uterque suam separatam ab altera. Rex autem Navarre in parte sua tenebat aciem partis et viris nobiliter instructam, et sic quicumque coram facie sua gradiebantur nec revertebantur cum ambularent.

In primis aciebus dispositi Mauros inveniunt paratos ad prelium. Congrediuntur, pugnatur utrumque comum lanceis, ensibus et clavis, nec erat locus sagitariis. Insistunt Christiani, resistunt Mauri, fit fragor et tumultus armorum. Stat bellum, neutri vincuntur, licet hii quandoque procellant hostes, quandoque ab hostibus repellantur. Conclamatum fuit aliquando a quibusdam perditis Christianis, retrocedentibus et fugentibus, quod succubuerant Christiani. Audito ferali clamore, rex Castelle gloriosus et nobilis, qui paratus erat magis mori quam vinci, precepit illi, qui vexillum eius ante ipsum gestabat, ut urgeret equum calcaribus et properaret concito montem ubi erat impetus belli conscendere; quod ad statim factum est. Quo cum ascenderunt Christiani, videntes Mauri sibi quasi novas acies imminere, cedunt virtute Domini nostri Iesu Christi superati.

Rex autem Marroquitanus qui sedebant in medio suorum stipatus satellitibus electis ad pugnam, surrexit, equum vel equam ascendit, terga fuget dedit. Ceduntur sui ruuntque catervatim et locum castrorum et tentoria Maurorum fiunt sepulcra occisorum. Qui evaserunt de bello dispersi errabant in montibus tanquam oves non habentes pastorem et, ubicumque inveniebantur, trucidabantur.

25. Quot milia Maurorum ceciderunt in die illa et in profundum inferni descenderunt, quis numerare queat? Ex parte vero christianorum paucissimi mortui sunt in die illa. Cantare potuerunt Christiani cum psalmista: *Dominus, Dominus meus, qui docet manus meas ad bellum et digitos meos ad prelium, susceptor meus et liberator meus, et cetera.*

Saciati sanguinis Maurorum effusione Christiani et lassati armorum pondere et estu siti nimia, advesperacente iam die, revertuntur in castra Maurorum et ibidem nocte illa quieverunt, ubi victulia, quibus indigebant, ad habundanciam repererunt. Consequenter autem moventes castra processerunt in antea et invenientes nobile castrum, scilicet Bilche, vacuum et derelictum, intraverunt et munierunt illud. Vaños insuper retinuerunt et Tolosa et Ferrat. Dein pervenientes ad Ubedam, obsederunt illam, ubi invenerunt infinitam multitudinem Maurorum conclusam. Desertis etenim aliis civitatibus, sicut Baecia, quam invenerunt vacuum, et aliis villis vicinis, confluerant omne ad Ubedam, tanquam ad locum munitiorem et eorum defensionem captiorem. Sed ipsa multitudo conclusa sibi gravis erat et honesta et pre nimia pressura fere moriebatur.

Videntes autem Mauri potenciam Christianorum, qui adversus eos iam prevalebant ipsos viriliter expugnando, intelligentes et se destitutos omni consilio et auxilio, quoniam rex Marroquitanus aufugerat in Yspalim necnon et transfertare disponebat, tradiderunt se in manus regis gloriosi et regis Aragonum tali pacto, ut conservata sibi vita predda fierent hostibus tam ipsi quam omnia sua. Sicut referebant aliqui de Mauris ipsis, qui tunc in eadem villa capti fuerunt, quibus numerus inclusorum notus esse credebatur, fuerunt ibi capti fere centum milia Sarracenorum, parvulis et mulieribus connumeratis. Omnia mobilia que preciosa fuerunt inventa data fuerunt regi Aragonum et illis, qui venerant cum ipso ad bellum. De Mauris et multos secum duxit captivos. Dispersa est et distributa illa multitudo maledicta, que inclusa fuit in predicta villa per omnes regiones Christianorum, cum de diversis mundi partibus aliqui pauci interfuerunt in predicto glorioso et triumphali bello.

Proposuerant ulterius procedere, sed Deus, cuius voluntati resistere nemo potest impedivisse videbatur. Occulta quidem sunt vindicia Dei: fortase aliquid elationis et superbie contraxerunt Christiani ex victoria supradicti belli, cum soli Deo non sibi, tribuere debuissent. Nam cum aliquot diebus moram fecissent in obsidione predictae ville, tot et tantos de Christianis invasit multiplex infirmitatum varietas et precipue fluxus ventrium, quod pauci remanserunt sani, qui, si necessitas postularet, contra hostes se defendere possent. Eadem et tempestate tanta mortalitas accidit hiis qui remanserant de bello, quod in autumnio illo magna pars maiorum et seniorum in villis et civitatibus vite terminum dederunt.

Videntes igitur reges quod nullo poterant procedere, habito tractatu et diligente deliberatione, visum est fere omnibus ut redirent in terram suam. Diruptis ergo pro parte muris sepedicte ville, domibus et conflagratis, sucisis arboribus et vineis, quas succidere potuerunt, ponita et Baecia in desolatione, munientes castra supradicta viris, armis et aliis necessariis, reversi sunt ad propria cum victoria et honore et cum multa preda.

Tunc gloriosus rex regi Navarrorum, qui in auxilium eius venerat licet cum paucis, restituit quedam castra de hiis, que ipse rex nobilis ceperat de regno Navarre. Rex gloriosus et nobilis, hoste superbissimo devicto et postrato, receptus est in Toletum cum exultatione et gaudio ab universis populis clamantibus et dicentibus: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Tempore supradicti nobilis triumphphi, dum reges Catholici et eorum vasalli animas exponerent et regna pro exultatione nominis Christiani, rex Legionensis guerram movit regi Castelle sicut fecerat tempore alterius guerre. Rex autem gloriosus, cum honore et gloria cupiens vitam finire in guerra Maurorum, non revocavit ad animum quod rex Legionis fecerat, sed voluit amicablem componere cum eo ut sibi invicem prestarent auxilium contra Mauros.

26. Interim dum de pace tractaretur circa inicium quadragessime proximo secute post bellum... (...)

27. Eadem tempestate rex Aragonum Petrus exivit de terra sua cum multitudine militum et profectus est in parte Tolose in auxilium comitis Tolosani senioris, qui duxerat sororem eiusdem regis in uxorem et filius eiusdem comitis duxerat alteram sororem regis similiter in uxorem. Tunc autem Franci erant in partibus Tolosanis et tenebant fere totum vicecomitatum biterensem et maiorem partem comitatus tolosani.

Papa siquidem Romanus Innocencius tercius dederat remissionem generalem peccatorum omnibus illis qui venirent super Albigenses et alios hereticos qui erant in partibus illis. Pululaverant namque hereses diverse, facies quidem habentes diversas et caudas colligatas, et multiplicabantur cotidie adeo quod periculosum erat universali ecclesie amplius talia dissimulare. Catholici ergo de diversis partibus et precipue de regno Francie venientes, fere totam terram illam in modico tempore Christi fidei subiugaverunt, castra multa et civitates munitissimas, quasi inexpugnabiles, in momento temporis subvertentes, hereticos ipsos diversis penis affligentes et variis mortibus interimentes. Operabatur siquidem manifeste et miraculose virtus Domini nostri Iesu Christi, qui est rex regum et dominus dominancium, per ministerium illustrissimi et fidelissimi comitis Simonis Montis Fortis, qui velud alter Judas Macabeus, legem Dei zelans, viriliter et potenter bella Domini preliabatur.

Predictum comitem Symonem Montis Fortis, cum quo erant fere quingenti milites, obsedit rex Aragonum memoratus et comes Tolosanus et alii comites cum eis et bar[on]es et nobiles terre et populi multi in quodam castro, fiduciam habentes firmam quod possent ipsum capere. Erat autem comes vir strenuus et bellicosus et cor eius habens fiduciam firmam in Domino Iesu Christo, pro quo cotidie laborabat. Videns igitur periculum sibi et suis imminere, in virtute Domini Iesu Christi exeuntes de castro obsesso irruerunt in castra et eos per virtutem Crucis verterunt in fugam, et ipsum regem Aragonum cum multis militibus interfecerunt. Felix fuisset rex ille, si vitam finisset statim post nobile triumphum belli commissi in Navas de Tolosa contra regem Marroquitano.

45. (...) Mortuo siquidem rege Marroquitano, filio eius quem illustrissimus rex Castelle dominus Alfonsus fugavit de bello quod fuit in las Navas de Tolosa, regnum Marroquitano vacavit aliquantibus diebus (...)

Tunc vero divisus in curia Almohade apud Marrocos, que quidem floverat multis diebus usque ad tempus illud, electus fuit unus in regem, quem alii, quibus non placebat, post paucos dies interfecerunt. Ex qua causa tanta discordia inter potentes illius terre orta est, quanta sedari non potuit usque modo et dura adhuc, et utique duret in eternum.

87. RODRIGO JIMÉNEZ DE RADA, ARZOBISPO DE TOLEDO, *Historia de rebus Hispaniae* (h. 1243-1247)²⁷⁰

Ed. crítica J. FERNÁNDEZ VALVERDE, *Historia de rebus Hispaniae sive Historia Gothica*, «Corpus Christianorum, Continuatio Medievals», LXXII, Turnhout, Brepols, 1987, lib. VI, cap. iiiii, pp. 181-182 y cap. v, p. 182, lib. VII, cap. x, pp. 231-232, cap. xxxiiii-xxxvi, pp. 256-258 y lib. VIII, cap. i-xv, pp. 259-280.

Lib. VI, cap. iii, *De unione regni et comitatus Barcinone, et filiis comitis et regine.*

...Aldefonsus autem primogenitus, patri et matri succedens, scepra regni et comitatus obtinuit. Hic fuit strenuus et liberalitatis satis amator, et in partibus Provincie multa gessit; comitatus enim Provincie suus erat. Hic populavit Turolum et alia plurima castra, et duxit uxorem Sanciam nomine, quam Imperator Hispaniarum susceperat... (...) ex qua suscepit tres filios, scilicet Petrum, Aldefonsum, et Fernandum, et tres filias, Constantiam, Alienor, Sanciam. Aldefonso dedit comitatum Provincie. Hic fuit bonus, strenuus, atque largus, et duxit uxorem neptem comitis Folocalquerii, ex qua suscepit filium qui nunc Provincie principatur, et est strenuus atque prudens, qui civitates multas et castra a comitatu deperditas acquisivit. (...) Constantia filia regis regi Ungarie fuit nupta, et viro mortuo sine prole, in Aragoniam est reversa, quam rex Petrus frater eius dedit in uxorem regi Sicilie Federico, qui fuit postea Imperator. Cumque Aldefonsus comes Provincie, frater eius, cum sorore regina in Siciliam navigasser, ipsa iuncta matrimonialiter Federico, Aldefonsus comes vitam finivit cum multis aliis nobilibus, qui cum eis ex Aragonia et Catalonia navigarant. Federicus autem suscepit ex Constantia filium Enricum, qui adultis duxit uxorem filiam Ducis Austrie... (...)

Lib. VI, cap. iiiii, *De Petro rege Aragonie et eius morte.*

Petrus autem, qui erat primogenitus Aldefonso patri succesit in regno. Hic fuit strenuus, curialis et largus, et undecumque pecunias habere poterat, liberaliter erogabat, adeo quod interdum castra et municipia creditoribus obligabat, ne manus solita semper dare inveniretur a largitionibus aliena. Hic fuit semper regi Castelle Aldefonso nobili fidei amicitia federatus et cum eo in famosissimo bello Ubete fuit victor, ut inferius lacius disseremus. Hic cepit castellum Habibdeymuz²⁷¹ et alia castra que a Sarracenorum instancia liberavit. Hic duxit uxorem Mariam filiam nobilis principis Guillermi domini Montis Pesulani, quam habuerat ex filia imperatoris Constantinopolitani, et suscepit ex ea filium nomine Iacobum. Hic rex

²⁷⁰ De origen navarro, estudió en Bolonia y París, fue obispo de Osma y, desde 1208, arzobispo de Toledo, consejero y canciller del rey Alfonso VIII de Castilla. Protagonista de la campaña de Las Navas de Tolosa, su obra es una «Historia de España» que integra las genealogías de los reyes navarros, catalano-aragoneses y portugueses en la monarquía astur-leonesa-castellana, eje del relato. Su importancia historiográfica es enorme, constituyéndose en la obra de referencia de la historiografía medieval hispánica. Su versión del reinado ha conformado buena parte de la memoria histórica de Pedro el Católico durante siglos. Sobre este importante autor y su obra (incluida también la *Historia Arabvm*), de la que existe una amplia bibliografía en continua renovación, vale la pena mencionar el amplio estudio coordinado recientemente por Georges MARTIN, «Rodrigo Jiménez de Rada (Castille, première moitié du XIII^e siècle): Histoire, historiographie», *Cahiers de Linguistique Hispanique Médiévale*, 26 (2003), pp. 9-307. Sobre su versión de Las Navas de Tolosa, ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 126-133.

²⁷¹ Castielfabib y Ademuz.

Petrus sub Innocencio Papa III.^o Romam adiens, ab eodem Papa fuit in ecclesia sancti Pancracii diademate coronatus. Demum cum venerabilis Arnaldus Narbonensis antistes contra hereticos, qui in provincia Narbonensi nomen Domini blasphemabant, de Gallis crucis signatorum multitudinem advocasset, advenit Petrus rex Aragonum in auxilium comitis Tolosani, nam ipse Raymundus comes Tolose Alienor sororem Petri regis Aragonensis ducerat in uxorem. Raymundus etiam eius filius, patri equivocus, sorori regis nomine Sancie erat matrimonio copulatus, et ex ista Sancia genuit filiam que nupsit Aldefonso filio Lodovici regis Francorum comiti Pictavensi. Rex itaque Petrus cum paucis Aragonensibus et pluribus Cathalanis et predicto comite et etiam cum Fuxensi et aliis magnatibus Gallie Gothice iuxta castrum quod Murellum dicitur cum Gallicis comiserunt, et sicut Domino placuit, rex cum Aragonensibus in prelio ceciderunt, quia ipsi soli viriliter perstiterunt, Fuxensi et Tolosano comitibus terga prebentibus cum aliquibus Cathalanis. Nec rex Petrus, cum esset plene catholicus, in favorem venerat blasphemorum, set, ut diximus, affinitatis debito provocatus. Mortuus autem sepultus est in Sexena, quam mater sua regina Sancia construxerat hospitali et instituerat ibi collegium dominarum. Occubuerunt autem cum eo in bello de magnatibus Aragonis Aznarius Pardi et Petrus Pardi filius eius et Gomicius de Luna et Michael Lusia et multi alii de posterioribus Aragonis. Hoc prelium fuit era MCCLII.

Lib. VI, cap. v, *De rege Iacobo et filius eius et magnalibus eiusdem.*

Mortuo rege Petro filius eius Iacobus adhuc parvulus fuerat a patre Simonis comitis Montis Fortis custodie deputatus et eius filie desponsatus; set quia in bello Murelli idem Simon regi Petro dederat causam mortis, sedes apostolica sic providit, ut infans suis naturalibus redderetur, et per Petrum Beneventanum sancte Marie in Aquiro diachonum cardinalem fuit rex Iacobus suis fidelibus restitutus, hec omnia venerabili Hispano Secobricensi episcopo sollicite procurante et in propriis sumptibus persolaniter laborante. (...)

Lib. VII, cap. x, *De ortu Almohadum.*

...cui [*el califa Abû Ya'qûb Yûsuf*] successit frater eius Aveniuceph²⁷², qui in bello Alarcuris repulit Christianos; et hoc mortuo successit ei filius eius Avenmahomath²⁷³ qui in Navis Tolose ab Aldefonso rege nobili fuit victus; que victoria discessionis et exterminii Almohadibus causam dedit. (...)

Lib. VII, cap. xxx. *De discidio Regum Legionensis et Navarre a Rege Aldefonso nobili.*

...Rex autem nobilis Aldefonsus foederato sibi fideli amico Petro Rege qui in Aragonia tunc regnabat terram ingressus est Legionis et obtinuit plura castra scilicet Bollandos, Vallem Arcarum, Castrum viridi, Coiancam, que mutato nomine Valentia nuncupatur, Carpium et Paradinas. Et plurimis predis altis et caedibus perpetratis, effugiatis etiam agarenis quos Rex Legionis secum duxerat ambo ad propria redierunt. (...) Tunc temporis Rex Castelle et Rex Aragonum iuxta Abulam in monte Palumbaria ambo Reges contra Regem Legionis pariter processerunt, et obtinuerunt castrum Legionis, et Ardon, et Castrum Gundisalvi, et Castrum terre, et Albam de Aliste, et usque ad Astoricam cuncta cedibus et incendio vastaverunt; et inde per partes Alve et Salamantice venientes, omnia exterminio consumperunt, et Montem Regalem, castrum nobile, occuparunt; inde ad propria remearunt. (...)

²⁷² Yusûf al-Mansûr.

²⁷³ Muhammad ibn Ya'qûb ibn Yusûf al-Nâsir.

Lib. VII, cap. xxxii. *De captione Victorie, Guipuscue, et Ibide.*

Post hoc Rex nobilis Aldefonsus volens Regis Navarre iniurias vindicare, cum Rege Aragonum fideli amico congregavit exercitum in Navarram, et obtinuerunt Ruchoniam et Aivare, que Regi Aragonum provenerunt. Obtinuerunt etiam Inzuram et Mirandam, que Regi nobili remanserunt. Et sic uterque Regum, patratris variis vastationibus, ad propria est reversus. (...)

Lib. VII, cap. xxxiv. *De constructione hospitalis, et institutione scholarum, et acquisitione Vasconie.*

...finito treugarum quas cum Amiramomenino ad tempus inierat, postquam etiam Moyam populaverat, idem rex nobilis pro fide Christi mori desiderans preteritum dedecus, licet prudenter, non tamen equanimiter tolerabat. Et quia semper magnaliis inhiabat, noluit treugam ulterius protelari, set strenuitatis proposito et zelo fidei animatus in nomine Domini movit guerram.

Lib. VII, cap. xxxv, *De captione Salveterre.*

Prenunciis autem incipientibus inchoata est pugna inter regem nobilem et Agarenos. Post vastationem autem aliquam factam a nostris in terra Beacie, Endugari et Gianni, filius predicti regis Agarenorum, Mahomath nomine, collecto gencium suarum exercitu castrametatus est in circuitu Salveterre; cumque eam fere tribus mensibus obsedisset diversisque machinis impugnasset, multis de hiis qui erant in castro occisis plerisque vulneratis turribusque et muro fere dirutis, de obsessis pluribus siti et impugnationibus interemptis, ad ultimum castrum occupatum est in opprobium fidei christiane era MCCXLVIII, mense septembri. Castrum illud castrum salutis et perdicio eius ademptio glorie; super ipsum flevierunt populi et soluerunt vincula brachiorum; zelus illius excitavit omnes et fama eius conspersit plurimos; in auditu eius surrexerunt iuvenes et in zelo eius amaricati sunt senes; dolor illius ad gentes exteras et compassio eius ad emulantes. Eo tempore Aldefonsus nobilis exercitum suum congregaverat circa confinia Talavere, et cum vellet dubie sorti belli se comitere, precipue ad instanciam filii sui primogeniti Fernandi, maturiori usus consilio, mandavit in sequentem annum belli dubia prorogari; utilior est enim dilata oportunitas quam audacie preceps temeritas.

Lib. VII, cap. xxxvi, *De conducto bello et morte infantis Fernandi.*

Agareus autem adeptus presidium Salveterre, cum magna superbia ad propria est reversus. Aldefonsus vero nobilis, habito cum archiepiscopo, episcopis et magnatibus consilio diligenti, ore eius universis aclamantibus est prolatum melius esse in bello voluntatem celi sub discrimine experiri quam videre mala patrie et sanctorum. Fecitque edictum per omnes provincias regni sui, ut milites et pedites, relictis superfluis vestium et aurifigii et ornatus cuiuslibet que ad rem non pertinent, armis utilibus se munirent, et qui prius in superfluis displicebant, nunc in necessariis et utilibus Altissimo complacerent. Omnes autem a minimo usque ad maximum voluntati regie paruerunt, ad hec omnia dulcissimo Fernando filio primogenito nobilis Aldefonsi competentem sue modestie operam impendente; qui eodem tempore febre correptus finivit vitam antequam belli terminus advenisset. In cuius morte fletus patrie, luctus inconsolabilis genitori, quia in ipsum tanquam in vite speculum contemplabatur, erat enim expectatio populorum; sic enim eum Dominus honestaverat ut etiam ab omnibus amaretur, et quod etas in adolescentibus non permitit, iam in ipso gracia dispensabat. Obiit itaque in oppido Magerito in diocesi Toletana, mense Octobri era MCCXL nona, vacuus dierum, plenus gracia

et virtute. Sepultus est autem in monasterio sancte Marie Regalis prope Burgis a Roderico Toletano pontifice et multis coepiscopis et magnatibus secularibus et religiosis, excellentissima sorore sua Berengaria regina, ad quam postea regnum Castellae successione provenit, impendente liberaliter et decenter officia funeris et honoris, gemitus et doloris; ubi virtutum eius sic claruit plenitudo, ut eius prudentia devoti sexus excederet pietatem et helemosinarum largitio principum largitatem. Curialitatis etiam pudica modestia inconsolabili luctui solacia procabatur, ut exinde fame eius dulcorata suavitatis in augmentum cresceret et dulcorem. Religionum et pauperum, et quorum titulos pauperies incrustabat, toto tempore vite sue subventrix extitit et levatrix, preter opera magna que regnante suo filio mirifice claruerunt. Verum nobilis pater consolationem de morte filii nisi in magnalibus non admitens, collecto suorum exercitu per ripam fluvii qui Sucaris dicitur terram aggreditur Sarraceni et obsedit castrum quod dicitur Alcala et cepit illud est Surciam et Garadem et Cubas, in quibus multis Agarenorum capti, multa etiam spolia sunt inventa; quibus occupatis et munitis utiliter, feliciter est reversus ad propria urgente instancia yemali.

Lib. VIII, cap. i, *De adventu regum ad urbem regiam.*

Factum est autem anno vertente, eo tempore quo solent reges ad bella procedere: Aldefonsus nobilis citatis gentibus, congregatis armis, victualibus comportatis necnon et omnium cordibus ad bellum erectis, factus est concursus omnium apud Toletum, que sola potuit sui oppulencia omnium necessitatibus non deesse. Interim Roderico eiusdem urbis pontifice et ceteris nunciis propter opus simile destinatis, a diversis partibus redierunt. Et cepit urbs regia repleri populis, habundare necessariis, insigniri armis, diversificari linguis, variari cultibus, nam zelo belli ex omnibus fere Europe partibus ad eam diversarum nationum varietas concurrebat. Nec erat qui posset alicuius rei causari defectum, cum et ipsa civitas sui habundancia occurreret et prodiga manus nobilis principis omnibus ad omnia necessaria ministraret. Concursus autem veniencium a mense Febroario particularis incepit, et multiplicationis paulatim incrementa suscipiens per totum vernum tempus et amplius crevit turbarum multitudine copiosa. Et quia diversarum nationum varietas diversitate morum, linguarum et cultuum discrepabant, de volutante principis in eadem urbe eiusdem urbis pontifex morabatur, ut dissidencium varietas per eius industriam sedaretur. Et sic factum est per omnipotentis Dei gratiam, qui solo nutu omnia disponebat, ut nulla seditio, nulla perturbatio exorta fuerit, que potuerit belli negocium impedire, licet per hostem humani generis fuerit sepius atemptatum. Et quia de die in diem crescebat numerus stigmata Domini in corpore suo portancium, ne intra urbis angustias artarentur, rex nobilis volens eorum comodis providere, extra urbem circa fluenta Tagi deliciosa viridaria, que ob regie gravitatis recreandam maiestatem coalita fuerant, eis exposuit ut sub umbraculis arborum estus iniurias evitarent; ibique ex fructiferis arboribus constructis tabernaculis usque in diem processus ad bellum in regiis sumptibus permanserunt. Octavo itaque die post festum quo christiana religio Pentecostem celebrat, Petrus rex Aragonum, nobilis Aldefonsi fidelis amicus, secundum fedus apud Concham initum diebus plus fastu regio festinatis die prefixa venit Toletum, ubi a pontifice et toto clero processionaliter est receptus; ibique in viridario regio fixis tentoriis gentis sue presolabatur adventum.

Lib. VIII, cap. ii, *De adventu ultramontanorum ad bellum.*

Ceperunt etiam venire magnates de partibus Galliarum, Burdegalensis archiepiscopus et Nannatensis episcopus multique barones de eisdem partibus et Italia.

Convenerunt et simplices milites, necnon et de pedestri ordine plurima multitudo. advenit etiam venerabilis Arnaldus, qui aliquandi sollicitudine Cistercii functus tunc regebat ecclesiam Narbonensem. Hic pauco ante emulatione legis catholice provocatus contra quosdam, qui in Narbonense et vicinis provinciis blasphemare nomen Domini et Ecclesiam ore nephario presumpserunt, corda fidelium excitavit ut signo crucis contra hereticorum versucias armarentur. Et sic factum set per Dei gratiam, quod ubi contempta predicatio non profecit, falce crucis putatis heresibus fides catholica de die in diem feliciter coalescit; et destructis Biterris et Carcasona blasphemantium sanguis flama vorace et ultrici gladio est consumptus era MCCXLVI. Hic itaque pontifex cum multitudine citerioris Gallie vasis belligeris, signis et armis honesta, urbem ingressus est Toletanam, in qua decenter a nobili rege et eiusdem urbis presule est receptus. Convenerunt etiam ad eandem urbem plerique milites de partibus Portugalis, peditum vero copiosa multitudo, qui mira agilitate expeditionis onera facile sustinebant et audaci impetu impetebant²⁷⁴.

Lib. VIII, cap. iii, *De concursu pontificum et magnatum Hispanie ad congressum*.

Ad hec magnates regis Aragonum strenuitate incliti, apparatu insignes, armis et equis honesti, Toletum ad exercitum pervenerunt, inter quos fuerunt Garsias Romerii, Eximius Cornelii, Michel de Lusua, Aznarius Pardi, Willermus de Cervaria, comes Empur[*iar*]um[.],²⁷⁵ Raymundus Fulconis, Willermus de Cardona et multi alii principes et barones et simplices milites, necnon balistariorum et peditum copia graciosa. Aderat in urbe regia cum nobili rege magnatum suorum generosa societas nobilitate, strenuitate et multitudine aprobanda, quos sic et morum elegancia et curialitatis prerogativa et strenuitatis supereminencia venustaverat, ut etiam in oculis hostium non solum terribiles, verum digni honoribus apparent. Civitatum vero et oppidorum concilia sic copiose phalanges et equis et armis et vehiculis et victualibus et omnibus ad bellum necessariis premuniti venerunt, ut non esset inter eos qui aliquo indigeret, immo sua aliis liberaliter comunicarent. Quamuis vero in oppidis et civitatibus sub uno degant principis regimine, tamen a sue principio gentis et armorum usum et militaris dignitatis insignia habuerunt et militare nomen sortiti sunt ab antiquo. Multa etiam contra Sarracenos et contra Christianos ipsi et eorum parentes decenter exercuerunt. Fuerunt etiam ibi pontifices qui et se et sua, prout Deus dedit, in sumptibus et laboribus devote pro fidei negotio impenderunt, in sollicitudinibus vigiles, in officiis devoti, in consiliis providi, in necessitatibus largi, in exortationibus seduli, in periculis strenui, in laboribus patientes; de regno Castelle Rodericus archiepiscopus Toletanus, Tellius Palentinus episcopus, Rodericus Segontinensis, Menendus Oxomensis, Petrus Abulensis; de regno Aragonum Garsias Tirasonensis, Berengarius Barchinonensis electus; de seculari vero milicia regno Castelle Didacus Lupi de Pharo, comes Fernandus de Lara, comes Alvarus et comes Gundisalvus fratres eius, Lupus Didaci de

²⁷⁴ Sobre la ausencia del rey Alfonso II de Portugal en la campaña de Las Navas, el portu- gues Antonio BRANDÃO menciona una carta de Inocencio III (30 agosto 1212) que la justifica: *Nuper autem, cum charissimus in Christo filius noster Rex Castelle illustris contra Mauros pro defensione Christiani nominis profecturus, Regem sollicitaret eundem, ipse prudenter statum considerans Regni sui, et eadem sorores suas benigna pace rogavit, ut attendentes iam dictam concessionem, propter rationes predic- tas, nullius extitis se valoris, castra sibi restituerent memorata* (*Carta de Inocencio III a los abades de Spina y Osseira sobre el conflicto de Alfonso II y sus hermanas*, en *Monarchia Lusitana. Cuarta Parte*, Lisboa, 1632, ed. facs. Lisboa, Imprensa Nacional-Casa da Moeda, 1974, lib. XIII, cap. iii, fol. 71r).

²⁷⁵ Hug IV.

Pharo, Rodericus Didaci de Cameris, Gunsalus Roderici et frater eius et multi alii nobiles et magni et strenui, quorum nomina longum esset numerare; fuerunt etiam fratres Calatrave sub uno milicie sue magistro Roderico Didaci, grata Deo et hominibus fraterna societas; fratres milicie Templi sub uno magistro Gomicio Remiri, qui post bellum feliciter expiravit. Hii sunt qui primi in Novo Testamento, signo crucis suscepto, superbie militaris fastum, strenuitate servata, caritatis et religionis vinculo artaverunt; fratres etiam milicie Hospitalis, qui fraternitatis caritati insistentes devote, zelo fidei et Terre Sancte necessitate accensi, deffensionis gladium assumpserunt. Hii sub uno priore Guterrio Ermigildi; fratres etiam milicie Sancti Iacobi opera milicie decenter egerunt; multi etiam christiane religionis diversorum votorum et professionum zelo et compassione moniti, insigniti signaculo sancte crucis inibi convenerunt.

Lib. VIII, cap. iiii, *De prerogativa virtutum et largitatis nobilis Aldefonsi.*

Licet autem tam diversa, tam varia, tam extranea multitudo non esset facilis ad regendum etiam patienti, nobilis tamen rex magnanimitate sua omnia pacifice, omnia tranquille, omnia equanimiter tolerabat, ita ut tedium virtutem mutaret, cum vultu yleri tedium superaret; irreverenter prolata reverenti reponso in reverenciam convertevat, ambicionis loquacem tristitiam larga manu in letam facundiam conmutabat, curiali aplausu faustibus militaribus occurrebat, regalium morum gravitate servata. Id in ipso operabatur benignitas, ut precellencia videretur equalitas; sapiencia gravitate conspersa sic omnia miniabat, ut hiis fieret eius curialitas in suspirium et strenuitas in exemplum, ita quod de eo dici posset: hic virtutis habet plus quam possedimus omnes. Adolescentes, iuvenes et quos virilis etatis robur perfuderat, senes et decrepiti, quid laudare, quid appetere si facultas suppeteret, quid mirari, quid diligere repererunt; eius industriam in agendis stupore attoniti mirabantur, quem doni et dati perfectio sic perfecit, ut gracie et nature charismatibus habundaret, adeo ut mundi circulus fateratur Aldefonsum nobilem Hispanie se debere. Iuvenes et adolescentes, quos avorum nobilitas presentabat, preficiebat titulo militari, ut quos nondum proprie virtutis extulerat gloria, et creantis manus et parentum magnalia magnalibus obligarent; hoc sic equorum tuta firmabat magnanimitate, armorum copiosa securitate, vestium speciosa varietate, ut in ipso invenirent et dominum quem diligere et munificum quem laudare. Et quamvis diversus esset ritus alienigenarum et in moribus ab indigenis dissiderent, quia mores omnes virtus magistra diiudicat, potuit omnibus satisfacere, qui virtutes omnium in se potuit conservare et, quasi non unius patrie incola, sic mores omnium in se scivit assumere, ut nulli videretur a suis moribus dissidere. De largitate autem eius quis loqui presumeret, cum id in ipso modicum fuerit, quod in aliis vix poterat reperiri? Sic enim ab infancia largitatem servavit, ut oblivisci non potuit quod de matris utero secum traxit. Sic omnia largitatis sue privilegio confirmavit, ut ore omnium promulgata sententia, omnibus munificis silencio imposito, prerogativam munificencie sentencialiter optineret. Et licet magnis magnifice distribueret, manum a minoribus non retraxit. Cum enim essent ultramontani plusquam decem milia equitum et centum milia peditum, unicuique militi dabantur omni die XXti solidi usuales, pediti vero Ve solidi; mulieres, parvuli, debiles et ceteri ad bellum inepti non erant ab hac gracia alieni. Hec erant que in comuni et publice donabantur, preter donaria privata, que sui quantitate hunc numerum excedebant, que magnatibus non diurna distributione, set pociori summa per nobilis regis nuncios mitebantur. Hiis muneribus cumulabatur equorum innumerosa generositas, pannorum iocunda varietas, que omnia tenacitatis curva severitas vultu propicio non poterat intueri. Hiis autem omnibus si iungantur regibus oblata donaria,

suis distributa stipendia, plus modus dantis et ylaritas meruit quam hiis omnibus emi possit. Et ad hec omnia, ne gens alienigena expeditionis omnibus indigeret, omnibus tentoria et eorum vehicula est largitus. Addidit etiam gratiam gratie et cibariorum vehicula cum ceteris necessariis, LXa milia summas et ultra cum sumariis erogavit.

Lib. VIII, cap. v, *De processu ad bellum et captione Malaconis.*

Satisfacto itaque omnibus per omnia, XII kalendas Iulii exercitus Domini ab urbe regia est profectus: ultramontani per se, dato eis pro duce Didaco Lupi de Faro; Petro strenuo rege Aragonum cum suis; Aldefonsus nobilis cum suis. Et licet separatim procederent, modicum tamen spacium exercitus dividebat. Primo die castrametati sunt iuxta alveum Guadaxaraz, secundo iuxta Guadacelet, tercio iuxta Algodor; ultramontani vero iuxta Daralferciam castra fixerunt, et exinde procedentes obsederunt presidium Malachonis, et signum in bonum divina gracia faciente, licet qui erant in arce satis viriliter se defenderent, instancia tamen ultramontanorum, que magna strenuitate fervebat, pro Christi nomine mori desiderans virtutem resistencium et munitiois presidium in nomine Domini minoravit cepitque Malachonem, omnibus qui inerant interfectis. Sequenti die exercitus regum advenit ibique substitit uno die, set et aliquantulum victualia deffecerunt; tamen occurrit industria regis nobilis et fecit exponit victualia copiose.

Lib. VIII, cap. vi, *De captione Calatrave et discessu ultramontanorum.*

Inde igitur procedentes omnes pariter pervenimus Calatravam. Agareni autem qui inibi rebellabant excogitaverunt tribulos ferreos fabricare et per omnes transitus Ane fluminis proiecerunt; et IIIor habentes aculeos, qualitercumque caderent uno eorum erecto, pedibus hominum et equorum unguis figebatur. Set quia humana artificia contra Dei providenciam nichil valent, sic Deus voluit ut paucissimi vel nulli fere illis tribulis lederentur; et gratie Dei manu supposita transivimus fluem Anam et castrametati fuimus in circuítu Calatrave. Agareni autem oppidum illud sic in sumitatibus turrium armis et vexillis et machinis munierant, ut volentibus impugnare satis difficile videretur. Preterea licet sit oppidum illud in plano, tamen ex una parte murus eius per tactum fluminis inaccessibilis invenitur; ex aliis partibus sic muro et antemurali, fossatis et turribus et propugnaculis est munitum, ut absque longa machinarum impugnatione inexpugnabile videretur. Erat autem ibi Agarenis, quidam, nomine Avenchaliz, longa armorum assuefactione astutus et bellorum exercicia frequentur expertus; de huius industria plus seipsis confidebat populus obsessorum, licet esset ibi in presidio quidam Almohat, qui presidii custodie presidebat. Cumque in obsidione per dies aliquot moraremur et regus cum principibus de impugnatione presidii dubitarent, post longos tractatus placuit omnibus non relinquere oppidum intemptatum, licet impugnatione difficilis videretur. Plerique autem melius iudicabant cepto itinere ad bellum procedere quam impugnationibus castrorum insistere, presertim cum in talibus et strenuis periclitentur et exercitus fatigetur, cum et ius adquisicionis et retentionis talium pendeat ex fine belli. Assumptis itaque armis locisque oppidi specialiter regionibus et principibus assignatis, voce fidei elevata oppidum sunt aggressi. Sicque per Dei gratiam factum est ut die Dominica post festum sancti Pauli expulsis Arabibus fuit Calatrava regi nobili restituta, que statim a fratribus, qui dudum ibidem resederant, fuit munita et christiano nomini redonata. Nobilis autem rex de omnibus ibidem inventis nichil sibi retinuit, set ultramontanis et regi Aragonum cuncta cessit. Set quoniam humani generis inimicus non cessat christianis actibus invidere, misit Sathan in exercitum caritatis et corda emulancium conturbavit, et qui ad certamen

fidei se accinxerat, retrorsum a bono proposito abierunt. Omnes enim fere ultramontani comuni proposito statuerunt ut relictis crucis signaculis, omissis etiam belli laboribus, ad propria remearent. Rex autem nobilis suorum victualia comparitus, quantum necesse erat omnibus est largitus; set ne sic cepta obstinatio povit revocari; immo passim omnes inglorii recesserunt excepto venerabili Arnaldo Narbonensi antistite, qui cum omnibus quos habere potuit et multis nobilibus de provincia Vienensi semper in bono constans a bono proposito non recessit. Et erant circiter CXXX milites, preter pedites, de quibus etiam aliqui remanserunt. Remansit etiam de partibus Pictavie Theobaldus de Blazon, homo nobilis et strenuus et natione Hispanus et genere Castellanus. Rex Aragonum cum omnibus suis usque ad finem permansit indissolubili dilectione regi nobili federatus, et quia sicut dicit Salomon: «Si possides amicum, in temptatione posside illum», hic probari potuit quisque qualiter diligebat. Set «quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum», licet scismatis huius periculosus exitus timeretur, omnia tamen ceperunt de die in diem feliciter prosperari. Recedentibus itaque hiis qui crucem Domine in angaria atulerunt, soli Hispani cum paucis ultramontanis superius nominatis proficisci ceperunt ad bellum Domini confidenter. Et primo venerunt Alarcuris, ibique castrametati municipium occuparunt, necnon et castella alia in vicino. In eadem mansione advenit Sancius rex Navarre, qui licet a principio simulasset nolle venire, cum ad discrimen perventum fuit, strenuitatis sue gloriam a Dei servicio non subtraxit. Sicque regum ternarius in sancte Trinitatis nomine processerunt et primo die castrametati sunt in circuitu Salveterre; Dominica die sequenti visum fuit regibus et principibus ut totus exercitus armaretur et etiam omnia tanquam ad bellum disponerentur. Et per Dei gratiam talis apparuit multitudo disponerentur. Et per Dei gratiam talis armis et signis et equis ornata, ut intuentibus nobilis, hostibus terribilis appareret, nobis amabilis, bello expediens discessum absencium compensaret, ita quod etiam coda magnanimorum creverunt, pusillanimes confortati, dubii confirmati, et discendencium scisma, quod multos terruerat, recessit a cordibus timidorum. Ibiq; etiam die altero expectantes, post pervenimus ad aliam mansionem que dicitur Fraxineta; tandem pervenimus ad aliam mansionem eiusdem nominis; tercio vero die ad aliam mansionem in radice montis de Muradal, que dicitur Guadaljaiar.

Lib. VIII, cap. vii, *De occupatione montis unde ad prelium processit exercitus christianus.*

Interea dum hec agerentur, Mahomat rex Agarenorum prope Giennium in montanis congregaverat gentes suas ibique prestolabatur exercitum christianum. Nec erat ei cordi pugnare, quia verebatur auxilia peregrina, set ur in reditu insileret, ut forte Christiani fatigati laboribus, diminuti mortibus ei resistere non valerent. Et ideo forte consilio Altissimi factum fuit quod adventicii discesserunt; post discessum enim eorum quidam iniciati diabolo clamculo de nostro exercitu se furantes ad Arabes transfugerunt, eis statum christiani exercitus et defectum victualium detegentes, qui tamen cessaverat post discidium Calatrave. Sicque procurante divina providencia, que in sui dispositione non fallitur, fuit factum ut Agarens mutato consilio, assumpta audacia, presumens gloriam, a partibus Gianni processit, et contra nos properans Biaciam usque pervenit et aliquos inde misit ad Navas Tolose ut in angustia transitus, ubi est rupis fer invia alveique vorago, Christianorum transitus impedirent, et si Christiani sumitatem moncium non cepissent, in montis supercilio residerent, ut ascensum exercitus Domini prohiberent sicut capti in bello postea narrauerunt. Hac intentione observabant transitum, ut tandem deficientibus victualibus affecti tedio et inedia rediremus. Domino autem aliter faciente Didaco Lupi de Faro, cui ducatus exercitus erat comissus, premisit filium suum

Lupum Didaci, et duos nepotes eius, Sancium Fernandi et Martinum Munionis, ut precederent ad montis supercilia optinenda. Verum cum illi de strenuitate confisi aliquantulum procederent improvisi, in sumitate montis, iuxta castrum quod Ferral dicitur, quosdam Arabes invenerunt, qui insultum facientes in eos fere lesissent, nisi divina gracia operante, acceptis armis, predicti Christiani cum suis Arabes viriliter repulissent, et sumitatem montis per Dei gratiam observarunt, ita quod statim fixis tentoriis inibi remanserunt. Quinta autem feria circa horam nonam venimus ad pedem montis et eadem die plerique de nostris ad montis ardua conscenderunt. Maior vero pars circa Guadalfaiar alverum remanserunt. Sexta feria in mane tres reges, Aldefonsus de Castella, Petrus de Aragonia, Sancius de Navarra, invocato nomine Domini ascenderunt ibique in quodam declivo montis fixis tentoriis resederunt; et ea die occupatum fuit a nostris castrum Ferral, sub quo sunt quedam voragines et in rupe anfractus et scopulorum precipicia iuxta Losam, et tanta est ibi angustia transitus ut etiam expeditos impediatur difficultas. Ibi que quedam phalangis Agarenorum per diem illum et partem sequentis Christianorum transitus observabant, ibique frequenter illo die inter nostros et ipsos quedam belli preludea intercesserunt, ita quod ex utraque parte aliqui, non tamen plurimi, ceciderunt. Dum hec agerentur, regum et principum deliberatio eligebat qua esset sine periculo procedendum; transitus enim Lose non erat possibilis sine dampno. Et cum iam exercitus Agareni vicinior nobis esset, necnon et eius tentorium rubeum apparet affixum, diversorum de processu exercitus diverse sentencie retrocedere consulebant et per locum faciliorem ad Agarenorum campestria transire. Ad hec nobilis Aldefonsus rex Castelle: «Etsi hoc consilium discretione fulgeat, periculum secum portat; populus enim et alii inexperti cum nos retrocedere viderint, non bellum querere, set bellum fugere iudicabunt, et fiet discessio in exercitu nec poterunt retineri; set ex quo ex vicino hostes prospicimus, ad eos necesse est ut eamus. Sicut autem fuerit voluntas in celo, sic fiat». Cumque hoc consilium nobilis regis prevalisset, Deus omnipotens, qui negocium speciali gracia dirigebat, misit quendam hominem plebeyum satis despicabilem cuniculorum et leporum ibidem institerat captioni; ostendit viam satis facilem, omnino possibilem, per declivum lateris montis eiusdem; nec oporteret ab aspectu hostium occultari, et ipsis videntibus nec impedire valentibus, venire ad locum pugne congruum poteramus.

Lib. VIII, cap. viii, *De processu ad locum pugne et occursu Agarenorum.*

Set quia in tanto discrimine tali persone vix credi poterat, duo principes processerunt, Didacus Lupi de Pharo et Garsias Romerii, ut si invenirent esse vera que pastor dixerat, montem quendam in sumitate sui habentem planiciem occuparent. Et dante Domino sic evenit, ut ille tanquam Dei nuncius, qui infima mundi eligit, verax inveniretur, et predicti principes montis planiciem occuparunt, et tres reges die Sabbati summo mane, suscepta benedictione pontificali et gracia sacramenti, ad predictum montem cum suis agminibus pervenerunt; castrum Ferral quasi omnino tunc inutile est dimissum. Ipsi tamen credentes nos a prelio deviare, eo quod Lose transitum non servavimus, predictum castrum cum magna leticia occuparunt. Reges itaque postrema exercitus observantes, cum toto comitatu ad suos principes, qui precesserant, pervenerunt; quod attendentes Agareni non esse subterfugium, set processum, graviter doluerunt et prospicientes tentoria que in predicti montis cacumine figebantur, cathervam militum destinarunt, ut a metatione castrorum primos agminis cohiberent. Nos enim propter vie angustias porrecto agmine procedere cogebamur; cum nostris autem diucius confligentes, Domino faciente viriliter sunt repulsi et nostri occupata planicie montis per Dei gratiam castra feliciter locaverunt; ex tentoriis vix metatis, videns rex Agarenorum quod in observatione transitus

nichil ei proderant insidie neque doli, dispositis aciebus eadem die processit ad campum et precipuam aciem, que eius erat custodie deputata, super quodam promontorio, ad quod difficilis erat ascensus, prudentissime ordinatis, et ibi ab hora VI^a usque ad vesperum expectarunt putantes nos eo die ad prelium processuros. Set consilii deliberatione habita provisum fuit ad bellum usque ad secundam feriam differretur, eo quod equi erant moncium difficultate vexati et exercitus fatigatus, et ut etiam statum eorum et processum possemus in isto medio contueri. Cumque intellexisset Agareus quod non procedebamus ad bellum, elatus in gloriam, non ex cautela set provenire credidit ex timore; unde et epistolas misit Biaciam et Giennium quod tres reges obsederat intra triduum capiendos. Tamen aliqui de suis, qui alcius cogitabant, dixisse talia referuntur: «Videmus provide et sollicite collocatos, et plus videntur ad pugnam parari quam ad fuge subsidia anelare». Sequenti die Dominicia summo mane iterum egressus est Agareus in campum ut pridie, et mansit in campo usque ad meridiem dispositis aciebus, et ad estus iniuriam repellendam allatum fuit tentorium rubeum ad umbraculum Agareni diversis artificijs adornatum, sub quo gloriosius debito residens conflictum fastu regio expectabat. Nos vero sicut pridie fecimus eorum exercitum atendentes, observatis castris deliberabamus qualiter in crastino procedere deberemus. Toletanus autem et ceteri pontifices per singularum civitatum et singulorum principum mansiones verbum exortationis et indulgentie devotissime proponebant. Eo die illustris rex Aragonum consobrinum suum Nunium Sancii accinxit cingulo militari; Agareni etiam in modum torneamenti circa ultimam partem castrorum quedam belli preludea atemptabant. Tandem inter sextam et nonam post longam expectationem Agareni ad locum quo castra metati fuerant sunt reversi.

Lib. VIII, cap. viiii, *De dispositione acierum et ordinibus bellatorum.*

Sequenti vero die circa median noctem vox exultationis et confessionis insonuit in tabernaculis christianis et per vocem preconis inclamatum est ut omnes ad bellum Domini se armarent. Celebratis itaque Dominice passionis misteriis et facta confessione, sumptis sacramentis, acceptis armis, ad campi certamina processerunt; dispositisque aciebus, sicut iam dudum fuerat pertractatum inter principes Castellanos, Didacus Lupi cum suis habuit primos ictus; mediam aciem comes Gunsalvus Nunii cum fratribus Templi et Hospitalis et Uclesii et Calatrave; collateralem habuit Rodericus Didaci de Camberis et Alvarus Didaci frater eius et Iohannes Gunsalvi et alii nobiles cum eisdem; in ultima acie nobilis rex Aldefonsus et Rodericus archiepiscopus Toletanus cum eo et alii episcopi supradicti. De baronibus, Gunsalvus Roderici et frater eius, Rodericus Petri de Villa Luporum, Suerius Tellii, Fernandus Garsie et alii. In qualibet autem istarum acierum erant comunia civitatum, sicut fuerat ordinatum. Strenuus autem Petrus rex Aragonum exercitum suum disposuit in totidem aciebus; primos ictus habuit Garsias Romerii; secundam aciem Eximinus Corneli et Aznarius Pardi; in ultima fuit ipse cum aliis magnatibus regni sui; similiter et in collateralis acie alios de suis nobilibus collocavit. De comunibus etiam civitatum Castelle habuit ipse secum. Rex Navarre Sancius, speciali prerogativa strenuitatis perspicuus, cum suis a dextris regis nobilis procedebat, et in comitatu suo comunia civitatum Secobie, Abule et Medine. Dispositis itaque aciebus, elevatis ad celum manibus, directis ad Deum oculis, cordibus ad martirium excitatis, protensis vexillis fidei et nomine Domini invocato, ad belli discrimina omnes pariter pervenerunt. Primi autem qui primos ictus dederunt in acie Didaci Lupi de Pharo fuerunt suus filius et nepotes superius nominati, strenui et audaces. Agareni vero in sumitate quadam presidium instar atrii firmaverunt de scriniis sagitarum, infra quod erant precipui peditum collocati; ibidemque rex eorum resedit habens iuxta se ensem, induens

capam nigram que fuerat Abdelmumi, qui fuit principium Almohadum, et librum etiam secte nepharie Machometi, qui dicitur Alchoranus. Extra atrium erant etiam de exterioribus tibiis adinuicem colligatis, ut quasi de fuge presidio desperarent, constanter belli instanciam sustinebant. Erat autem exterius ante atrium acies Almohadum militaris equis et armis et infinita multitudine terribilis in aspectu; a dextris autem ipsorum et a sinistris erant Arabes velocitate et lancearum agilitate nocui inexpertis, qui et fugiendo impetunt et fugati acrius insolescunt; in planicie vero, ubi volubilitati non obest angustia, nosciviores reperiuntur. Hii similes Parthis sagittarum insistunt negociis et in clavarum ponderibus vasa defferunt vertiginis; et hii et illi extraordinariis vagationibus intenti acierum ordinem non observant, ut adversarios incursionibus turbent, et suis ordinatim venientibus, ruptis agminibus ex adverso, grassandi tribuant facultatem; set et istorum et aliorum innumerabilem multitudinem nullum credo de nostris potuisse veraciter extimare, nisi quod postea ab Agarenis audivimus quod erant LXXX milia militum, peditum vero turbe non poterant numerari; ad hec dicebantur adesse quidam Agareni de partibus Azcore²⁷⁶ prope Marrocos minus accepti in oculis regis sui; hii equis relictis regi suo, ut eius gratiam compararent pedites astiterunt, et ex hiis omnibus nullus creditur evasisse. Astatat etiam regi eorum quedam acies stupenda multitudine obstipata et militariibus insigniis mirabiliter adornata.

Lib. VIII, cap. x, *De victoria Christianorum et strage Sarracenorum.*

Agareni autem fere immobiles in loco manentes, ceperunt repellere primos nostrum qui ascendebant per loca satis congressui importuna, et in hiis repulsibus aliqui ex nostris congressoribus difficultatibus fatigati aliquantulum substiterunt. Tunc etiam aliqui ex mediis aciebus Castelle et Aragonie in unum agmen ad primas acies convenerunt, et fuit ibi comotio magna et res dubio periculosa, ita ut etiam aliqui, non tamen de magnis, videbantur fuge presidio inhiare; set primi et medii ex Aragonia et Castella coniunctim congressui insistebant; collaterales etiam acies cum Agarenorum aciebus acriter dimicabant, adeo quod quidam eorum terga vertentes fugere videbantur. Quod atenddens Aldefonsus nobilis vidensque quosdam plebeya vilitate quid deceat non curare, dixit omnibus audientibus pontifici Toletano: «Archiepiscopo, ego et vos hic moriamur». Qui respondit ei: «Nequaquam, inmo hic prevalebitis inimicis». Rex autem invictus animo, «Festinemus», inquit, «primis succurrere in periculo constitutis». Tunc Gonsalvus Roderici et fratres eius processerunt ad primos; Fernandus vero Garsie vir strenuus et in militia industrius, retardavit ipsum regem, consulens ut observato moderamine procederent ad sucursum. Tunc rex inquit iterum: «Hic, archiepiscopo, moriamur. Talis enim in tali articulo mors non dedecet». Et ille: «Si Deo placet, corona victoriae, non mors instat; sin autem aliter Deo placuerit, vobis comori omnes comuniter sumus parati». In hiis autem omnibus, testifcor coram Deo, nobilis rex non mutavit vultum nec solitam loquelam nec gestum, inmo viriliter et constanter, ut leo imperterritus, aut mori aut vincere firmus erat. Nec diucius valens tolerare primorum periculum, festinato gressu usque ad atrium Agareni, dante Domino, ylariter vexillorum insignia pervenerunt. Crux vero Domini, qui coram Toletano pontifice consueverat baiulari, preferente eam Dominico Pascasii canonico Toletano, per Agarenorum acies miraculose transivit, et ibidem illeso baiulo sine suis usque ad finem belli, sicut Domino placuit, perduravit. Erat autem in vexillis regum imago beate Marie Virginis, que Toletane provincie et tocius Hispanie semper tutrix extitit et patrona. In cuius adventu acies

²⁷⁶ La cabila bereber de los Haskûra, ALVIRA, *Guerra e ideología*, I, pp. 461-462.

illa mirabilis et turba innumerabilis, que actenus satis immobiles permanebant et rebelles nostris obstiterant, cesa gladiis, fugata lanceis, victa ictibus, terga dedit. Tunc etiam ad instanciam germani sui, qui *Zeyt Auozecri* vocabatur, rex Agarenius iumento varii coloris insidens fuge presidio se comisit et cum IIIor militibus periculi sociis Beaciam usque venit, et Beacensibus quid facerent sciscitantibus dicitur respondisse: «Nec michi nec vobis possum consulere; Dominus sit vobiscum». Ibi quoque mutato iumento Giennium ea nocte pervenit. Interea Aragonensibus ex sua, Castellanis ex sua, Navarris ex sua parte instantibus, cesa sunt multa milia Agarenorum. Quo viso et audito Toletanus pontifex hec verba dixit nobili regi: «Estote memor gracie Dei, que omnes defectus in vobis supplevit et oprobrium aliquandiu toleratum hodie relevavit. Estote etiam memor vestrorum militum, quorum auxilio ad tantam gloriam pervenistis». Hiis et aliis in hunc modum dictis ipse Toletanus et alii pontifices, qui simul aderant, cum lacrimis devotionis in laudis canticum elevatis vocibus proruperunt dicentes: «Te Deum laudamus, te Dominus confitemur». Erant etiam ibi *Tellius Palentinus*, episcopus, *Rodericus Segontinus*, *Menendus Oxomensis*, *Dominicus Placentinus*, *Petrus Abulensis*, multi etiam alii clerici Domino cantica decantantes. Campus autem sic strage Agarenorum plenus erat, ut etiam in robustissimis equis vix super eorum cadavera absque periculo transiremus. Erant autem Agareni, qui iuxta supradictum atrium inventi sunt, statura proceri, pinguedine dilatati et, quod mirabile est dictu, licet iacerent in omnibus partibus corporis detruncati et iam a pauperibus spoliati, in toto campo nec signum sanguinis poterat inveniri. Quibus peractis, nostri a gracie Dei terminum nolentes imponere, per omnes partes usque ad noctem eos infatigabiliter sunt secuti, et secundum estimationem creduntur circiter CCii milia interfecta. De nostris autem vix deffuere XXV.

Lib. VIII, cap. xi, *De magnalibus bellatorum*.

Que autem specialiter facta sunt a magnatibus neminem credo posse sufficienter dicere, cum nemo potuerit omnia particulariter intueri, scilicet, qualiter Aragonensium audax strenuitas operam dedit stragi, qualiter agilitate facili prevenerit fugientes, quam viriliter *Eximius Cornelli* cum turba suorum advenerit agentibus primos ictus, qualiter *Garsias Romerii* et *Aznarius Pardi* cum aliis magnatibus Aragonie et Cathalonie belli dubia magnifice peregerunt, qualiter Navarrorum bellicosa agilitas belli instancie se obiecit et persecuta sit fugientes, qualiter etiam ultramontani qui remanserant occursum magnanimi Agarenorum incursibus restiterunt, qualiter Castellanos magna nobilitas et nobilis magnanimitas largis copiis supplevit omnia, manu strenua compressit pericula, victrici gladio prevenit velocia, felici victoria complanavit aspera et crucis impropria in gloriam comutavit et hostes blasphemias laudum canticis dulcoravit. Set si singulorum magnalia vellem prosequi, cicius in scribendo manus difficeret quam dicendi materia michi deeset. Sic enim omnes preventrix armaverat gracia, ut nullus de hiis, qui esse aliquid videbantur, aliud appeteret nisi aut pati martirium aut optinere. Hiis itaque omnibus peractis feliciter, iam circa solis occasum in Agarenorum tentoriis sedimus fatigati, satis tamen pro victorie leticia recreati, nec ex nobis ad castra aliqui redierunt nisi famuli ad sarcinas reportandas. Tanta autem fuit in campo Arabum multitudo, quod medietatem spatii vix potuimus occupare. In campo autem qui voluerunt rapere plurima invenerunt, aurum, scilicet, argentum, vestes preciosas, suppellectilia serica et multa alia preciosissima ornamenta, necnon et pecunias multas et vasa preciosa, que omnia pro maiori parte pedites et aliqui milites de Aragonia habuerunt. Maiores enim et quos fidei zelis et legis reverencia et amor strenuitatis nobilitaverat, hec omnia contempnentes usque ad noctem persecucioni viriliter intenderunt, presertim cum precedenti die Toletanus pontifex sub interminatione anathe-

matís inhihisset, ne quis prede campi insisteret, si divina providencia victoriam concedere dignaretur. Camelorum autem et ceterorum animalium, necnon et victualium que inibi sunt inventa, vix posset quantumlibet subtilis discretio estimare. In eodem itaque loco illo die et sequenti moram fecimus fatigati. Homines et vehicula et res et sarcinas, que fuerant ob belli instanciam postposita vel neglecta, famulorum studio sunt aduecta. Et quod vix videtur credibile, licet verum, in illis doubus diebus ad usus omnes nulla alia ligna combussimus nisi astas lancearum et sagitarum, quas secum duxerant Agareni; vix tamen in illo biduo potuimus consumere medietatem, quamvis ex industria non ad necessitatem ignem apponerent, set ad eorum multitudinem consumendam.

Lib. VIII, cap. xii, *De captione Beacie et Ubete et aliorum castrorum et reditu exercitus.*

Exinde procedentes quidam ex nostris castrum de Bilche fortissimum obsederunt. Nos vero die tercia post bellum, IIII^a scilicet feria, venientes cepimus castrum Bilche, necnon et alia tria, scilicet, Ferral et Balnea et Tolosam, que usque hodie per Dei gratiam a fidelibus incoluntur, ibique moram per unum diem fecimus. Et procedentes ex nostris ad civitatem Biaciam vacuam invenerunt fugientibus Agarenis. Et suorum periculo iam comperto se in Ubeta receperunt, preter quosdam inexpeditos qui in eorum oratorio, quod mezquita dicitur, incendio perierunt. Hoc audito reges et principes comuni consilio decreverunt Ubetam obsidere. Hoc factum fuit feria VI^a post bellum. Igitur II^a feria, VIII.^o scilicet die post bellum, agressi sunt civitatem invocatio nomine christiano; et sicut Domino placuit, ex ea parte ubi instabant Aragonenses, quidam armiger Lupi Ferrencii de Luna murum ascendit et in eius ascensu corda resistencium languerunt et se regis gracie sponponderunt; super hoc itaque habito frequenti tractatu, primo optulerunt Sarraceni mille milia aureorum ut civitas eis integra remaneret, quod et aliqui acceptarunt, dolentibus admodum regibus, dissimulantibus tamen propter instanciam magnatorum. Demum Toletano, Narbonensis et ceteris pontificibus auctoritate pontificali pacta huiusmodi prohibentibus, factum est ut civitas funditus everteretur, Sarracenis ad vitam servatis, captivitati nichilominus mancipatis. Et iam Dei gracia propter luxum hominum tepescente, Christiani cupiditate illecti intendebant iniuriis et rapinis, unde et Dominus imposuit frenum ori eorum et percussit eox infirmitatibus et iumenta, et vix erat in tabernaculis qui comilitoni posset socio vel domino ministrare. Et necessitate compulsi redivimus Calatravam ibique invenimus ducem Austrie de partibus Theutonie, qui satis in magno venerat apparatu. Indequa cum regem Aragonum, cui erat consanguinitate coniunctus, in Aragoniam est reversus. Nos vero cum nobili rege Aldefonso ad urbem pervenimus Toletanam, ibique cum pontificibus et clero et universo populo in ecclesia beate Marie Virginis processionaliter est receptus, multis Deum laudantibus et in musicis instrumentis aclamantibus quod eis regem suum reddiderat sanum et incolumen et corona victorie coronatum. Inde diviso exercitu unusquisque ad propria est reversus. Hic finis belli, quod fuit era MCCL, feria II^a, XVI.^o kalendas Augusti.

88. RODRIGO JIMÉNEZ DE RADA, ARZOBISPO DE TOLEDO, *Historia Arabum* (1246)

Introd., ed. crítica, notas e índices J. LOZANO SÁNCHEZ, Sevilla, Univ. de Sevilla, 1993, p. 3.

Incipit Prologus in Libro Arabum post principium Machometi.

Que calamitam acervis Hispania dispendia sit perpessa in superioribus, ut licuit, explicavi. Nunc de excidiis Arabum, que utinam sint postrema, a quibus

nichil fuit in Hispaniis intemptatum finem imponere dignum duxi, si divina potentia velit de cetero a gladiatorum dissecationibus custodire. Que iam a quingentis XXX duobus annis et ultra, repetito gladio dissecata, nec a filiis evasit viscerum sectionem necnon, V^e regibus dispertita, ab eis et transfugis ad Sarracenos intestini vulneris supplicia non evasit. Verum divina clementia miserante, a tempore nobilis Aldefonsi, qui prope Bilche Amiramomeninum cum Arabibus campestri prelio effugavit, et Arabum gladius ebetatus et Gothorum strenuitas restituta talionis semitas aperuit Christianis.

89. GUILLERMO PÉREZ DE LA CALZADA, *Rithmi de Iulia Romula seu Ispalense Urbe* (1250)²⁷⁷

Ed. D. CATALÁN y J. GIL, *AEM*, 5 (1968), pp. 549-558, esp. p. 552, && 39-43; y ed. R. CARANDE HERRERO, *Chronica hispana saeculi xiii*, «Corpus Christianorum. Continuatio Mediaevalis», LXXIII, Turnhout, Brepols, 1997, pp. 181-209, esp. p. 202, vv. 153-172.

Inter hos fortissimus Alfonsus bellator,
Alter David forcior, magnus preliator
Contra omnes Hysmael, cunctis adversator,
Lapis depastorius, Maurorum depastor.
Transit portus, properat ad certum certamen,
Mamolinum adiens; certe fine tamen
Animosum efficit Regem sacrum flamen,
Iter dans per invia et dulcis solamen.
Tolosanis Navibus bellum comiserunt,
Proceres et populi: Mauri corruerunt;
Rex et pauci milites: fugam inierunt:
Sic omnes constricti sunt qui nos contriverunt.
Ita Rex catholicus Mauros anulavit,
Mamolinum perfidum potenter prostravit,
Regulos et proceres ense trucidavit,
Que ex tunc gens impia caput non levavit.
Breviter hec tangimus, satis hec sunt nota,
Scripta sunt [*in*] cronicis, digna sunt ut iota
Ex his nunquam pereat, sed series tota
Voluantur in codice, rotulis in rota.

[385] Audiens rex Aragonensium responsionem prelatorum nostrorum vidensque petitiones quas fecerat penitus refutatas affectumque suum non posse perducere ad effectum, alium circumventionis modum advenit: misit itaque nuntios ad prelatos predictos, mandans et affectuose rogans quatinus inducerent comitem Montis Fortis ad hoc ut comiti Tolosano ceterisque fidei christiane inimicis treugas daret usque ad proximam futuram Pentecostem vel saltim usque in Pascha⁵⁸¹; quod audientes prelati nostri animadvertentesque quod rex ob nichil aliud hoc peteret nisi ut hoc audiretur in Francia sicque devocio tepesceret signatorum⁵⁸², petitionem istam, sicut priores fecerant, penitus refutarunt.- [386] Quia vero longum esset scribere per ordinem universa que rex ille mandavit et que nostri eidem respondenda duxerunt, istud breviter dicimus, quod hec fuit tota intentio dicti regis: laborare videlicet ut comes Tolose et alii christiane religionis inimici restituerentur ad terras suas vel saltim treuge ipsis darentur a nostris ob intentionem superius memoratam; nostri vero, utpote viri providi et constantes, nec terras reddere nec treugas concedere voluerunt. Videns rex quod nichil proficere potuisset, in grave dispendium fame sue pariter et honoris apposuit quod excommunicatos et terras eorum quas adhuc tenebant in sua protectione reciperet; et, ut suam nequitiam ali-

⁵⁷⁵ Raimon VI de Tolosa, Bernart IV de Comenges, Raimon Roger de Foix y Gastó de Bearn.

⁵⁷⁶ Guy de Sidon.

⁵⁷⁷ Amaury, Guy y Simon de Montfort.

⁵⁷⁸ 14-21 enero.

⁵⁷⁹ 16 enero.

⁵⁸⁰ «Documentos», n.º 1434.

⁵⁸¹ Pascua era el 14 de abril y Pentecostés el 2 de junio.

⁵⁸² Arnau Amalric dirigió un llamamiento a Gervais, abad de Prémontré, para reanimar la predicación.

quantulum palliaret sedem etiam apostolicam appellavit; prelati autem nostri hujusmodi appellationi, que multiplicibus ex causis frivola erat et invalida, minime detulerunt; sed et archiepiscopus Narbonensis, apostolice sedis legatus, misit regi litteras in hunc modum:

[387-388] *Littere Narbonensis archiepiscopi ad regem.*

[389] Rex vero Arragonensium in nullo respiscens, sed quod male proposuerat pejus adimplens, hereticos omnes et excommunicatos, comites videlicet Tolosanum, Convenarum et Fuxensem, Gastonem de Bearnio omnesque milites Tolosanos et Carcassonenses qui, pro heresi exheredati, Tolosam confugerant, cives insuper Tolosanos, in sua protectione suscepit et ab ipsis juramentum recepit; civitatem etiam Tolosanam, que est proprie de dominio regis Francie, et totum illud terre quod illi adhuc tenebant in sua custodia recipere presumpsit⁵⁸³.- [390] Non credendum omittendum quod, cum essent nostri propter dictum colloquium apud Vaurum comesque Montis Fortis ob reverentiam regis diebus colloquii inimicis treugas dedisset et rex similiter ex parte adversariorum treugas firmasset, ipso timore colloquii, manentibus treugis nostrisque sibi non caventibus, equitarunt hostes pluries per terram nostram⁵⁸⁴, predamque multam capientes, plurimos insuper homines occidentes, multos captos ducentes, mala nobis gravissima intulerunt; super quibus malis cum rex sepius requireretur a nostris, non fecit ullatenus emendari: unde dominus Narbonensis archiepiscopus misit ei litteras supradictas⁵⁸⁵.- [391] Videntes igitur nostri quod rex detineret eos nunciis et litteris suis et etiam appellationibus superfluis et nichilominus tempore colloquii et treugarum nostros ab excommunicatis, quorum causam fovebat, permitteret apertissime et sepiissime infestari, a Vau-ro recesserunt; verumptamen, antequam recederent, scripserunt domino pape de communi ecclesie negotio et de prefato colloquio in hunc modum:

[392-397] *Littere prelatorum ad dominum papam.*⁵⁸⁶

[398] Nuncii autem qui detulerunt litteris istas ad dominum papam fuerunt hii: venerabilis Convenarum episcopus⁵⁸⁷, abbas de Clairaco⁵⁸⁸, archidiaconus Parisiensis, Willelmus, magister Tedisius⁵⁸⁹ et clericus quidam, qui diu fuerat corrector litterarum in curia domini pape et dicebatur Petrus Marci⁵⁹⁰.

[399] Priusquam autem venirent ad curiam dicti viri providi et discreti⁵⁹¹, rex Arragonensium per nuntios suos⁵⁹² jam circumvenire intendebat simplicitatem apos-

⁵⁸³ «Documentos». n.º 1398, 1399, 1400, 1401 y 1402.

⁵⁸⁴ En el Carcassés.

⁵⁸⁵ Cartas del legado Arnau Amalric (§§ 387-388).

⁵⁸⁶ «Documentos», n.º 1442.

⁵⁸⁷ Garçia.

⁵⁸⁸ Pèire, abad de Clairac (Dep. Lot-et-Garonne).

⁵⁸⁹ Tedisio marchó a Roma a entregar al Papa las cartas del episcopado franco-provenzal, estando el 20 de febrero en Orange.

⁵⁹⁰ Pèire Marc, originario de la diócesis de Nîmes, fue *scriptor* en la cancillería pontificia y luego *corrector*. Regresó al Mediodía de Francia para recoger el censo de la Iglesia Romana establecido por Simon de Montfort.

⁵⁹¹ Pèire Marc.

⁵⁹² El notario real Colom y el obispo Hispán de Segorbe.

tolicam et per suggestionem falsitatis et veritatis suppressionem impetraverat litteras, in quibus dominus papa precipiebat comiti Montis Fortis quatinus comitibus Convenarum et Fuxi et Gastoni de Bearno redderet terras suas⁵⁹³; scripsit etiam archiepiscopo Narbonensi alias litteras, in quibus indulgentiam quam fecerat proficiscentibus contra hereticos Albigenes videbatur revocare⁵⁹⁴.- [400] Venientes igitur nuntii nostri ad curiam Romanam, dominum papam invenerunt aliquatulum sibi durum, eo quod nimis credulus fuisset falsis suggestionibus nuntiorum regis Aragonensium; set postea, veritate comperta per nuntios nostros, quicquid fecerat ad regis nuntiorum suggestionem revocavit in irritum et ipsi regi misit litteras in hec verba:

[401-411] *Littere domini pape ad regem Aragonensium*⁵⁹⁵.

[412] *Rex Aragonum vocat comitem ad colloquium*. Post celebratum concilium prelatorum apud Vaurum cum rex Aragonum perfidissimus exiisset a Tolosa⁵⁹⁶ pluresque de militibus suis ob civitatis custodiam et hostium Christi auxilium dimisisset in eadem civitate, post paucos dies mandavit comiti nostro quod volebat habere colloquium vum eo prope Narbonam; comes vero noster, volens predicto regi deferre ut domino et, quantum posset secundum Deum, in omnibus obedire, respondit quod libenter iret ad colloquium prenotatum; rex autem non venit ad locum colloquii nec unquam venire proposuerat, sed tam de Aragonensibus quam de Tolosanis hereticis et ruptariis multi venerunt et timebatur ne venientem ad colloquium cum paucis prodiciose caperent comitem Jhesu Christi; innotuit comiti quod fiebat et a loco colloquii declinavit.

[413] *Diffidat rex comitem*. Post paucos vero dies prefatus rex misit nuntios ad comitem, ferentes ipsius litteras, in quibus continebatur, quod rex diffidit comitem et ei, quantum poterat, minabatur. Verumptamen comes noster, licet rex ipsum cum tanta superbia diffidisset, nullum dampnum voluit inferre terre regis, a qua diebus singulis mala multa et gravia sustinebat: homines siquidem Cathalaunenses intrabant terram nostram et eam, quantum poterant, infestabant; sed et ruptarii, devastantes terram nostram, ad ipsos habebant ingressum pariter et egressum.- [414] Post aliquot vero dies misit comes noster ad regem Lambertum de Turri⁵⁹⁷, probum militum et discretum, querebatque a rege per predictum militem utrum super diffidatione, missa per nuntios regis, res ita se haberet; mandabat etiam ei quod in nullo unquam ei forisfecerat, sed paratus erat ei reddere ut domino quod debebat; offerebat insuper quod, si de ipso rex conqueretur super terris hereticorum quas de mandato summi pontificis auxilio cruce signatorum adquisierat, paratus erat stare juri in curia domini pape vel etiam domini Narbonensis archiepiscopi, apostolice sedis legati. Quasdam etiam litteras tradidit militi prenotato, quas regi presentari precepit, si in sua obstantia duceret permanendum; continentia autem litterarum hec erat: scribebat comes regi absque salutatione⁵⁹⁸, signi-

⁵⁹³ «Documentos», n.º 1435.

⁵⁹⁴ «Documentos», n.º 1437.

⁵⁹⁵ «Documentos», n.º 1507.

⁵⁹⁶ Febrero.

⁵⁹⁷ Lambert de Thury, cruzado desde el primer momento, recibió de Simon de Montfort la tierra de Limoux (GTUDELA, laisse 37) y luego fue señor de Puivert.

⁵⁹⁸ La omisión de la salutación es intencionada.

ficans ei quod, ex quo ipse post tot juris et pacis oblationes sibi factas in sua diffidatione et obstantia permanebat, comes eum similiter diffidabat, dicens quod nullo ei de cetero jure servicii tenebatur, sed per Dei auxilium tam de ipso quam de aliis se defenderet ecclesie inimicis.- [415] Veniens sepedictus miles ad regem, coram ipso multisque baronibus terre sue diligenter et provide omnia que comes in ejus ore posuerat per ordinem enarravit; obstinatus autem rex omnem respuit modus pacis nec a diffidatione sua contra comitem animum voluit revocare; statim sepedictus nuntius litteras comitis super diffidatione regi presentavit, que in communi tam ipsius regis quam baronum suorum audientia a quodam episcopo sunt perlecte; quibus lectis et plenius intellectis, rex et sui in iram versi sunt et furorem. Post hec, emissio nuntio ab aula regia et diligenter custodito, quesivit rex a suis consilium quid facere deberet de nuntio sepedicto; consuluerunt autem ei quidam barones sui quod mitteret ad comitem nostrum, mandans et precipiens ut, veniens ad ipsum, in sua curia faceret ei, ut, domino quod debebat, quod si comes nollet venire, judicabant ipsius nuntium reum mortis.- [416] In crastino autem venit nuntius ad curiam et que die precedenti ex parte comitis dixerat diligentius replicavit; audacter etiam se obtulit quod, si quis de militibus regis vellet dicere quod comes noster regem injuste offendisset vel extitisset ei in aliquo infidelis, paratus erat in ipsa curia regis dominum suum super fidelitate defendere per duellum; sed cum nullus auderet eum inpetere, omnes tamen clamarent durius contra illum, tandem ad preces quorundam Aragonensium militum, quibus aliquantulum erat notus, dimissus a rege, post multa mortis pericula ad comitem remeavit. Extunc sepedictus rex, qui a retroactis diebus persecutus fuerat comitem Jhesu Christi, sed tantum in occulto, cepit ipsum gravare in omnibus et persequi manifeste.

[417] *Ludovicus, filius regis Francie, assumit crucem.* Anno ab incarnatione Domini .M.^o.CC.^o.XII.^o., mense februario⁵⁹⁹, Ludovicus, primogenitus Francie regis, mitissimus juvenum et bone indolis adolescens, signo crucis signavit se contra hereticos pestilentes; quo audito, infiniti milites France, ejus amore et emulatione provocati, signum crucis vivifice assumpserunt; rex vero Francie, audiens quod filius suus cruce signatus esset, multum doluit, sed causam doloris ejus non est nostrum exponere.

[418] Prima ver dominica Quadragesime⁶⁰⁰ celebravit rex generale colloquium baronum in civitate Parisiensi, ut ordinaret de motione filii sui et sciret qui et quanti et quales irent cum eo; fuerunt autem ipsa die Parisius Tolosanus et Carcassonensis episcopi⁶⁰¹, viri tocius sanctitatis, qui tunc venerant in Franciam ut promoverent negotium fidei contra hereticos pestilentes.

[419] *Rex Aragonum mittit ad regem Francie.* Rex autem Aragonum, qui, quantum poterat, impediebat negotium fidei, nuntios suos misit ad regem Francie, episcopum scilicet Barchilonensem⁶⁰² et quosdam milites cum eo. Duabus autem de causis misit rex Aragonum nuntios illos: sollicitabat enim regem Francie per nuntios suos ut daret ei filiam suam⁶⁰³ in uxorem; sepedictus enim rex Aragonum uxorem

⁵⁹⁹ Febrero, 1213.

⁶⁰⁰ 3 marzo.

⁶⁰¹ Folquet, obispo de Tolosa, y Guy des Vaux-de-Cernay, obispo de Carcassona.

⁶⁰² Berenguer de Palou (1212-1242).

⁶⁰³ Marie de France, viuda de Philippe de Namur, que había sido prometida al duque Henri de Brabante.

suam legitimam, filiam Willelmi de Monte Pessulano⁶⁰⁴, dimittere volebat, immo, quantum in se erat, jam dimiserat; ipsa autem ad dominum papam accesserat, conquerens quod vir suus injuste dimisisset eam; summus autem pontifex, cognita plenius veritate, dedit sententiam contra regem et confirmavit matrimonium inter ipsum et prefatam reginam⁶⁰⁵. Volebat autem rex ille habere filiam regis Francie in uxorem, ut sic posset eum per talem confederationem sibi allicere et avocare cor ejus a dilectione negotii fidei et auxilio nobilis comitis Montis Fortis; sed videntes supradicti nuntii regis Aragonum jam manifestum et publicum esse in curia regis Francie quod dominus papa confirmasset matrimonium inter regem Aragonensium et reginam⁶⁰⁶, non fuerunt ausi de contrahendo matrimonio, pro quo venerant, facere mentionem.- [420] Secunda autem causa adventus eorum in Franciam hec fuit: sepe memoratus rex Aragonum civitatem Tolosam, que ab antiquo fuit et erat hereticorum receptaculum et sentina, necnon ipsos hereticos et fautores et defensores eorum, in custodia sua et protectione receperat⁶⁰⁷, excommunicatis et hereticis plene et plane comunicans, laborabatque, quantum poterat, quasi sub specie pietatis inpietatem exercens, ad hoc ut peregrinorum devotio cessaret et zelus tepesceret signatorum, volens civitatem Tolosam et quedam circumadjacentia castra, que adhuc christianitatem impugnabant, manere illesa, ut sic totum sacrosancte fidei negotium posset postmodum destruere et penitus dissipare. Sub hoc etiam misit litteras quasdam regi Francie et comitisse Campanie et multis aliis, sigillatas sigillis multorum episcoporum terre sue, in quibus dominus papa videbatur revocare indulgentiam quam fecerat proficientibus contra hereticos sepius memoratos, litterasque illas faciebat publicari per Franciam, ut a peregrinatione contra hereticos animos omnium revocaret⁶⁰⁸; hiis breviter perstrictis de regis illius malicia, propositum prosequamur. Videns episcopus Barchinonensis et alii nuntii regis Aragonum (qui venerant ut laborarent ad hoc quod peregrini non irent contra hereticos) quod Ludovicus, filius regis Francie, et multi nobiles cum eo contra sepe notatos hereticos se signassent, non fuerunt ausi etiam mutire de revocatione nostrorum a devotioe peregrinationis predictae; sicque nichil eorum pro quibus venerant facientes, ad regem Arragonum sunt reversi.

[421] Rex autem Francie, qui, sicut diximus⁶⁰⁹, convocaverat barones suos Parisius ad generale colloquium, ordinavit de peregrinatione filii sui et aliorum qui cruce signati erant et motionis diem prefixit, in octavis videlicet Dominice resurrectionis⁶¹⁰. Quid plura? Fit ingens christianorum gaudium et exultatio, hereticis autem minor et timor magnus. Sed, heu! post modicum cythara nostra in luctum convertitur, luctus hostium in gaudium commutatur! Antiquus enim Hostis generis humani, Diabolus, videns quod negotium Christi esset quasi in consummatione, mediante labore et industria signatorum, novum nocendi artificium inveniens,

⁶⁰⁴ María de Montpellier, hija de Guilhem VIII.

⁶⁰⁵ «Documentos», n.º 1439.

⁶⁰⁶ Guy de Carcassona, encargado de supervisar el proceso de divorcio, se encontraba entonces en tierras del rey de Francia.

⁶⁰⁷ Dos meses antes.

⁶⁰⁸ «Documentos», n.º 1476.

⁶⁰⁹ 3 marzo.

⁶¹⁰ 21 abril.

impedire voluit quod doluit consummari: suscitavit enim regi Francie guerras⁶¹¹ et occupationes tot et tantas quod oportuit eum retardare filium suum et cruce signatos ab exsecutione propositae peregrinationis.

[422] *Aurelianensis et Autisiodorensis episcopi veniunt a Francia.* Ea tempestate episcopus Aurelianensis, Manasses⁶¹², et Autisiodorensis episcopus, Willelmus⁶¹³, viri per omnia laudabiles et constantes, duo magna, immo precipua, tunc temporis Gallicane ecclesie luminaria, fratres insuper secundum carnem germani, crucem assumpservant contra hereticos superius comprehensos; hii videntes signatorum multitudinem remansisse scientesque negotium fidei in arcto discrimine constitutum, pro eo quod hostes fidei pro remansione peregrinorum sibi cornua solito crudelius assumpsissent, collectis secum militibus quotquot potuerunt, in miro fervore spiritus et virtute iter arripiunt contra hereticos, parati non solum sua expendere, sed et se ipsos, si oportuerit, periculis et morti exponere pro servitio Jhesu Christi. Properantes igitur viri Deo pleni, recto itinere perveniunt Carcassonam: de quorum adventu nobilis comes Montis Fortis et pauci qui cum eo erant gavisi sunt gaudio magno valde.- [423] Invenerunt autem dicti episcopi comitem et nostros in castro quodam prope Carcassonam, quod dicitur Fanum Jovis⁶¹⁴; fecerunt autem in castro illo paucos dies, post quos perrexit comes cum episcopis ad castrum Murelli prope Tolosam, de quo supra⁶¹⁵ fecimus mentionem. Inde equitaverunt nostri ante Tolosam, ut Christi et suos arcerent crebrius inimicos; sed miles quidam, nomine Alardus de Estrepi⁶¹⁶, et alii pauci, qui non satis bene se habuerunt in negotio Christi, noluerunt ire cum eo; comes autem non habebat tunc tantum exercitum ut circa Tolosam vel aliquod aliud forte castrum posset obsidionem firmare: proposuit igitur frequenter equitare ante Tolosam cum exercitu quem habebat, ut ei munitiones que circa Tolosam erant multe et fortes everteret, arbores decorticaret, segetes et vineas exstirparet (tempus siquidem messionis instabat); sicut autem proposuit, ita et fecit; supradicti autem duo episcopi semper erant cum comite seque cotidie pro Christi servitio periculis exponebant; de suo preterea dabant cum larga benedictione militibus qui erant cum eis in servitio Domini; redimebant captivos et cetera large et sancte probitatis officia viri sanctissimi sollicite exercebant. Quia vero non possemus omnia sigillatim exprimere, istud breviter dicimus, quod infra paucos dies decem et septem munitiones everterunt nostri, segetes etiam Tolose, vineas et arbores ex parte maxima destruxerunt; nec silendum est quod, cum nostri equitarent ante Tolosam, Tolosani et ruptarii, qui erant Tolose dupplo plures quam nostri, frequenter exhibant et nostros a longe infestabant, sed, quociens nostri ipsos volebant inpetere, statim fugam arripiebant.

⁶¹¹ En abril de 1213 se organizó la expedición destinada a invadir Inglaterra y expulsar del trono a Juan Sin Tierra.

⁶¹² Manassé de Seignelay (1207-1221). Se cruzó contra los Albigenses después del 13 de abril

⁶¹³ Guillaume de Seignelay (1207-1220). Era cruzado en junio.

⁶¹⁴ Fanjeaux, a 25 km. al este de Carcassona.

⁶¹⁵ § 356.

⁶¹⁶ Alard II de Strépy. Se hizo vasallo de Juan Sin Tierra por una renta de 25 libras, pero, posiblemente por desavenencias con su señor y más seguramente a consecuencia de la predicación de Jacques de Vitry, regresó a tierras occitanas en el verano de 1213.

[424] Inter munitiones autem quas nostri destruxerunt erat quedam munitio prope Tolosam, satis debilis et inmunita⁶¹⁷; quidam autem milites strenue probitatis, scilicet Petrus de Sissi⁶¹⁸, Simon li Sesnes⁶¹⁹, Rogerius de Sartis⁶²⁰, qui subportaverant ab inicio cum comite pondus guerre, rogaverunt comitem ut dimitteret eis munitionem illam, ut, ibi morantes, equitarent ante Tolosam et infestarent sepius Tolosanos; comes autem, licet invitus, victus tantum precibus eorum, annuit eis.

[425] Circa festum nativitatis sancti Johannis Baptiste proposuit comes et voluit ut primogenitus filius suus, Amalricus⁶²¹, fieret miles; ordinavit autem comes de consilio suorum quod in Castro Novo, quod est inter Tolosam et Carcassonam⁶²², celebraretur ista nove milicie sollempnitas in die festo nativitatis beati Johannis⁶²³.

[426] Dum hec agerentur a comite et illis qui cum eo erant, Guido de Monte Forti, frater germanus comitis, erat in obsidione cujusdam castrum quod dicitur Podium Celsum, in diocesi Albiensi⁶²⁴; habebat autem secum quendam abbatem Sancti Huberti in episcopatu Leodiensi⁶²⁵, comitem Balduinum, fratrem comitis Tolose⁶²⁶, et milites paucos et plures pedites peregrinos, qui, erectis machinis, castrum illud viriliter impugnabant; adversarii autem, qui intus erant plures et muniti, castrum suum, prout poterant, defendebant; sed et ruptarii, qui erant Tolose infiniti, quandoque incursum faciebant in exercitum nostrorum, qui erat ante castrum illud, et nostros, quantum poterant, infestabant.- [427] Quadam die comites Tolose et Convenarum et Fuxi et quidam senescallus regis Aragonensium⁶²⁷ et infiniti ruptarii pari consilio venerunt ad castrum obsessum, ut impugnarent nostros; cum autem appropinquarent et essent prope exercitum nostrorum, senescallus regis Aragonensium intravit castrum, ut cum illis de castro exiret ad dirimendas petraras nostras; intraverunt autem cum eo milites multi; comites autem predicti et qui cum eis erant proposuerant insultum facere in exercitum a parte exteriori; nec silendum quod nostri pre paucitate non obsederant castrum nisi ex una parte. Statim igitur in ipsa aurora senescallus regis Aragonensium et illi qui erant in castro exeuntes, ceperunt properare ad dissipandas machinas nostras: quod videns miles quidam, qui erat in exercitu, nomine .G. d'Escuri⁶²⁸, vir multi probitatis, ascenso

⁶¹⁷ Le Pujol (Dep. Haute-Garonne), a 12 km al sudeste de Tolosa.

⁶¹⁸ Pierre de Sissy (hoy Ciskey, Dep. Eure), procedente de la región de Évreux-Breteil perteneciente a la familia de los Montfort, recibió el castillo de Verdu-sus-Garona (Verdun-sur-Garonne, Dep. Haute-Garonne).

⁶¹⁹ Simon Le Saxon, originario de la misma región y cruzado desde el otoño de 1209.

⁶²⁰ Roger des Essarts (Dep. Eure), caballero relacionado con los Capeto.

⁶²¹ Amaury de Montfort, hijo de Simon.

⁶²² Castelnaudarry, a 50 km. de Tolosa y a 35 km. de Carcassona.

⁶²³ 24 junio

⁶²⁴ Puègçèlsi/Puyçelsi (Dep. Tarn).

⁶²⁵ Thierry III (1212-1242). Su presencia se explica por las predicaciones de Jacques de Vitry.

⁶²⁶ Señor de Bruniquel, al noroeste de Puègçèlsi/Puyçelsi (Dep. Tarn-et-Garonne).

⁶²⁷ Quizá Guillem Ramon IV de Montcada, senescal de Cataluña.

⁶²⁸ Guillaume de l'Écureuil (Dep. Eure), cruzado desde 1210, había defendido las máquinas de asedio en el asedio de Tèrme (§ 179).

equo, impetum fecit in hostes machinasque viriliter defendebat; post hec supervenit in multa animi constantia Guido de Monteforti, comes Balduinus et alii milites, sed paucissimi, ad defendendas petrarias. Quid ultra? Statim hostes revertentur in castrum, petrariis nostris integris remanentibus et illesis; videntes autem supradicti tres comites, scilicet Tolose, Convenarum et Fuxi, quod factum fuerat, nullo facto insultu, recesserunt.- [428] Postquam Guido multos dies fecerat in obsidione illa, peregrini qui erant cum eo, peracto termino sue peregrinationis constituto a legatis domini pape, scilicet quadraginta diebus, recesserunt ab obsidione et ad propria redierunt⁶²⁹; dictus autem Guido, quia remanserat quasi solus, compulsus est recedere ab obsidione; hostes tamen, qui erant in castro, prius fecerunt cum eo talem conventionem: quod non inpuerant christianitatem; insuper, si castrum Penne in Albiensi⁶³⁰, quod inpuerabat nostros, redderet se vel etiam vi caperetur, ipsi similiter se sine contradictione redderent comiti Montis Fortis.

[429] Recedens Guido de Monte Forti ab obsidione Podii Celsi, properavit ad comitem, fratrem suum, qui et ipse properabat ad Castrum Novum Arri propter novam filii sui Amalrici miliciam, de qua supra tetigimus, eo quod instaret nativitas beati Johannis; venerunt etiam barones et milites de terra comitis ad nove milicie festivitatem. Modum autem ipsum, quomodo predictus filius comitis factus sit miles Christi, exprimere volumen utpote novum et a seculis inauditum.

[430] *Primogenitus comitis sit miles.* Anno Verbi incarnati .M.^o.CC.^o.XIII.^o., comes nobilis Montis Fortis et plures barones et milites ipsius in festo nativitatis beati Johannis Baptiste convenerunt apud Castrum Novum Arri; erant autem cum comite sepememorati duo venerabiles episcopi⁶³¹ et quidam milites peregrini; christianissimus autem comes voluit et rogavit Aurelianensem episcopum ut filium suum Christi militem faceret et ipsem traderet ei cingulum militare; venerabilis autem episcopus diu multumque restitit, sed tandem, victus precibus comitis et nostrorum, petentibus adquevit; comes autem, quia tempus estivum erat et quia Castrum Novum non poterat ita competenter capere tantam multitudinem, eo quod jam semel vel bis fuisset destructum⁶³², in amena planicie juxta castrum⁶³³ fecit figi plures papilionis.-[431] Ipsa autem die nativitatis sancti Johannis⁶³⁴ venerabilis Aurelianensis episcopus induit se pontificalibus indumentis, celebraturus in papilione quodam misse sollempnitatem; convenerunt autem omnes, tam clerici quam milites, ad audiendam missam: astante igitur episcopo ad altare et missam celebrante, apprehendens comes Amalricum, primogenitum suum, per dexteram et comitissa per sinistram, accesserunt ad altare et obtulerunt illum Domino, rogantes episcopum ut faceret eum militem ad servitium Christi. Quid plura? Statim Aurelianensis et Autisiodorensis episcopi, flexis genibus ante altare, cinxerunt puerum cingulo militari, incipientes cum devocione maxima «Veni Creator Spiritus». O novus et

⁶²⁹ En junio.

⁶³⁰ Pena d'Albigés/Penne d'Albigeois (Dep. Tarn), a 10 km. al norte de Puègçèlsi/Puyçèlsi, era feudo del rey de Aragón desde el homenaje prestado por su señor Olivier en enero de 1213.

⁶³¹ Los obispos de Orléans y Auxerre.

⁶³² § 233.

⁶³³ Al sudoeste.

⁶³⁴ 24 junio.

inexpertus nove milicie modus! Quis ibi se a lacrimis contineret? Hoc modo et ordine sepedictus puer cum grandi sollempnitate factus est novus miles.

[432] Qua sollempnitate expleta, movens comes post paucos dies a Castro Novo cum episcopis et filio suo, equitavit ante Tolosam, captisque aliquibus de Tolosanis, perrexerunt nostri Murellum; venerunt ibi ad comitem nobiles Vasconie plures (vocaverat enim eos) et voluit comes ut facerent omnes hominum filio suo; et factum est ita.

[433] *Vadit comes in Vasconiam.* Post paucos autem dies movit comes a Murello versus Vaschoniam, ducens filium suum, ut traderet ei partem Vasconie jam adquisitam⁶³⁵ et per Dei auxilium adquireret acquirendam.

[434] Episcopi autem remanserunt Murelli, die tertia ad propria reversuri: suam enim peregrinationem diebus quadraginta laudabiliter, utpote viri per omnia laudabiles, expleverant⁶³⁶ cum labore magno et expensis; die autem tertia moventes episcopi a Murello, tendebant Carcassonam. Videntes autem Tolosani et alii hostes fidei quod comes noster pergeret cum filio suo in Vaschoniam, episcopi vero et qui cum ipsis erant peregrini reverterentur ad propria, nacta occasione securitatis, egressi a Tolosa cum exercitu magno⁶³⁷, obsederunt milites quosdam de nostris, scilicet Petrum de Sissi, Simonem le Sesne, Rogerium de Sartis, et alios paucos, qui, sicut superius diximus, munitionem quandam⁶³⁸, satis debilem et inmunitam, tenebant prope Tolosam; venientes adversarii ad munitionem illam, ceperunt nostros acriter impugnare; obsessi, quantum poterant, se defendere. Post paucos autem dies videntes obsessi nostri quod non possent diu se tenere, cogitantes etiam quod non poterant habere tempestivum succursum, eo quod comes perrexisset in Vasconiam, episcopi autem et peregrini reverterentur ad propria, post duras angustias reddiderunt se adversariis, tali tamen conditione et securitate interposita quod adversarii conservarent eis vitam et membra.- [435] Illud autem suppressendum non est, quod episcopi Aurelianensis et Autisiodorensis, qui jam erant Carcassone⁶³⁹, cum audissent milites nostros obsessos esse prope Tolosam, consuluerunt, monuerunt, supplicaverunt peregrinis qui cum ipsis erant ut cum eis reverterentur ad succursum obsessorum. O viri per omnia commendabiles, o viri virtutis! Adquieverunt omnes, egressique a Carcassona, festinabant ut succurrerent obsessis; sed, cum venissent prope Castrum Novum Arrii, dictum est eis quod jam capti essent obsessi nostri a Tolosanis: et vere sic erat; quod audientes, cum dolore multo reversi sunt Carcassonam. Adversarii autem duxerunt milites captos Tolosam; statim omnibus infidelibus deteriores, non deferentes promissioni vel sacramento, milites nostros, quos, ut dictum est, de vita et membris securos fecerant, distrahi fecerunt ad caudas equorum per plateas civitatis et distractos in patibulis suspenderunt⁶⁴⁰. O grave prodicionis et crudelitatis genus!

⁶³⁵ El condado de Comenges y las regiones vecinas.

⁶³⁶ 2 julio.

⁶³⁷ Montraudan (Dep. Haute-Garonne) sirvió de punto de reunión para Raimon VI de Tolosa, Raimon Roger de Foix, Bernart de Comenges, caballeros catalano-aragoneses y numerosos tolosanos.

⁶³⁸ Le Pujol (véase § 424).

⁶³⁹ Carcassona está a 60 km. de la localidad precedente.

⁶⁴⁰ Entre el 20 y el 30 de julio.

[436] Nobilis autem comes Montis Fortis, qui, sicut diximus⁶⁴¹, duxerat filium suum in Vasconiam et multa castra et fortia jam per Dei auxilium adquisierat, cum audisset quod Tolosani et fautores eorum obsedissent milites suos prope Tolosam, dimittens filium suum in Vasconia et cum eo milites paucissimos, festinanter rediit, ut suis succurreret obsessis; sed, antequam ad eos pervenire posset, jam capti erant et Tolosam perducti. Interea Amalricus, filius comitis, qui, sicut dictum est, in Vasconia cum paucis remanserat, impugnationi et captioni castrorum viriliter instabat: venerant siquidem in ejus auxilium plures episcopi et quidam nobiles Vasconie, qui favebant domini comiti et christianitati.

[437] Opere precium esse credimus, ut statum Francie qui tunc erat et quomodo Francigene erga sanctum fidei negotium se habebant aliquantulum exprimamus: quod ut melius fiat, congruum est ut aliqua ex hiis que longe superius dicta sunt⁶⁴² repetantur.

[438] *Repetit quedam predicta.* Rex Aragonum, Petrus, preterita hieme nuntios suos⁶⁴³ miserat Romam, insinuans domino pape per falsissimam suggestionem quod comes Montis Fortis injuste abstulisset terras suas comitibus Convenarum et Fuxi et Gastoni de Bearn; dicebat etiam rex per nuntios suos quod tres nobiles predicti nunquam fuerant heretici, licet manifestissimum esset quod semper hereticos fovissent et sanctam impugnassent ecclesiam nisu toto; inculcavit preterea sepe dictus rex auribus summi pontificis quod negocium fidei contra hereticos esset consummatum, ipsis hereticis prorsus fugatis et de terra Albigensi penitus exterminatis, ideoque necesse erat quod dominus papa indulgentiam suam quam fecerat proficiscentibus contra hereticos penitus revocaret eamque transferret vel contra paganos Hispanienses vel ad subsidium Terre sancte. O inaudita sub specie pietatis impietas! Hoc enim dicebat rex pessimus, non quia de angustiis et necessitatibus sancte ecclesie pertineret ad eum, sed ut negotium Christi contra hereticos, quod per multos annos cum labore maximo et multa sanguinis effusione fuerat miraculose promotum, ipse suffocaret et destrueret in momento, sicut manifestissimis postmodum indiciis demonstravit.- [439] Summus autem pontifex, nimis credulus falsis suggestionibus dicti regis, ipsius petitionibus facile adquevit: misit nempe litteras suas comiti Montis Fortis, mandans ei et precipiens ut prenonatis comitibus Convenarum et Fuxi et Gastoni de Bearn (viris sceleratissimis et perditis) terras suas (quas justo Dei judicio auxilio signatorum adquisierat) redderet indilate; suam preterea indulgentiam quam fecerat proficiscentibus contra hereticos revocavit⁶⁴⁴. Postmodum etiam misit dominus papa legatum suum per Franciam magistrum Robertum de Corcione⁶⁴⁵, Anglicum natione, cum multis paribus litteratum et indulgentiarum⁶⁴⁶, ut sollicite predicaret et predicari faceret pro succursu terre Ierosolimitane; qui legatus veniens in Franciam, sollicitudine non pigra injunctum

⁶⁴¹ § 433.

⁶⁴² §§ 398-421.

⁶⁴³ Hispán y Colom.

⁶⁴⁴ § 399.

⁶⁴⁵ Robert de Courçon, originario de Kedleston (Derbyshire, Inglaterra), canónigo de Noyon y después de París, y finalmente cardenal de San Esteban in Coelio Monte.

⁶⁴⁶ «Documentos», n.º 1498.

sibi exequens officium, cepit discurrere per Franciam⁶⁴⁷, archiepiscoporum et episcoporum concilia⁶⁴⁸ celebrare, predicatorum institueret modisque omnibus Terre sancte negotium promovere⁶⁴⁹; predicatorum quoque illos qui laborabant pro negotio fidei contra hereticos sepe dictos⁶⁵⁰ eidem negotio abstulit et fecit eos pro Terre sancte negotio predicare⁶⁵¹; et ita, quantum ad humanum iudicium, quasi in abolitionem venit negotium fidei contra hereticos pestilentes: in tota siquidem Francia non erat nisi unus, venerabilis scilicet Carcassonensis episcopus, vir eximie sanctitatis, qui pro sepe dicto fidei negotio laboraret: ipse enim cum multa instancia discurrebat per Franciam⁶⁵² et negotium fidei, ne in oblivionem veniret, omnimodis, in quantum poterat, promovebat. Hiis de statu Francie premissis, ad narrationis nostre seriem redeamus.

[440] Cum emanassent littere apostolice a curia, in quibus dominus papa mandabat comiti Montis Fortis ut redderet terras suas tribus nobilibus antedictis⁶⁵³, christianissimus comes noster et episcopi terre Albigensis miserunt nuntios suos ad dominum papam, episcopum videlicet Convenarum⁶⁵⁴, archidiaconum Parisiensem, .G.⁶⁵⁵, quendam etiam abbatem de Claraco⁶⁵⁶, viros providos et constantes, duos etiam clericos, quos dominus papa jamdudum miserat a latere suo comiti Montis Fortis, magistrum scilicet Tedisium, Pisanum, qui negotio fidei miro amplexabatur affectu⁶⁵⁷, et Petrus Marci, qui fuerat notarius domini pape et erat de Nemausensi diocesi oriundus⁶⁵⁸. Hii omnes venientes ad curiam, ipsam duram et admodum sibi difficilem invenerunt, quia nuntiis regis Aragonum, quorum quidam morabantur in curia⁶⁵⁹, animos fere omnium qui erant in curia per suggestionem falsitatis inclinaverant sibi.- [441] Tandem post multos labores et multas audientias dominus papa, cognita plenius veritate per nuntios suos, misit litteras regi Aragonum⁶⁶⁰, in quibus asperrime increpabat eum, eo quod Tolosanos et alios hereticos in sua protectione et custodia recepisset, injungebatque ei districtissime

⁶⁴⁷ Algunas de sus etapas en el norte de Francia entre 1213-1215 fueron Châlons-sur-Marne, Cîteaux, Dol, Laon, Ligny, Melun, Ourscamps, Saint-Quentin, Sens, Soissons, Troyes. Para sus etapas en el Mediodía de Francia, PVC, §§ 508, 513 y 523.

⁶⁴⁸ En Burdeos, Bourges, Clermont, París, Reims y Ruán.

⁶⁴⁹ Inocencio III promovía entonces el próximo concilio general y la cruzada de Tierra Santa.

⁶⁵⁰ Guy, canónigo de Prémontré, entre otros.

⁶⁵¹ «Documentos», n.º 1567.

⁶⁵² Un año.

⁶⁵³ Bernart de Comenges, Raimon Roger de Fois, Gastó de Bearn (§ 439).

⁶⁵⁴ Garçia.

⁶⁵⁵ Guillaume.

⁶⁵⁶ Pèire.

⁶⁵⁷ Tedisio (§ 70), que no era pisano, sino genovés.

⁶⁵⁸ Pèire Marc (§ 398).

⁶⁵⁹ Hispán, obispo de Segorbe.

⁶⁶⁰ §§ 401-411.

in virtute Spiritus Sancti ut ab eis recederet indilate nec impenderet eis de cetero consilium, auxilium vel favorem; conquerebatur insuper per litteras illas dominus papa de rege Aragonensi, eo quod per falsi suggestionem omnimodam impetrasset litteras apostolicas de restituendis terris comitibus Convenarum et Fuxi et Gastoni de Bearn: unde dominus papa litteras illas, tanquam surreptas, penitus revocabat; mandabat preterea in eisdem litteris tribus nobilibus predictis et civibus Tolosanis ut ad consilium et voluntatem Narbonensis archiepiscopi, apostolice sedis legati, et episcopi Tolosani satisfacerent Deo et redirent ad ecclesie unitatem; quod si nollent, dominus papa precipiebat per innovatas indulgentias populos excitari contra Tolosanos et omnes fautores et defensores eorum: hec fuit summa litteratum. Quibus litteris impetratis, nuntii nostri a curia redierunt.

[442] Nobilis autem comes Montis Fortis et qui cum eo erant gravi tunc temporis discrimine artabantur: erant enim quasi soli et pene penitus desolari, eo quod pauci vel nulli venirent in eorum auxilium a Francia peregrini; sicut enim jam diximus, jam quasi in oblivionem venerat negotium fidei propter novam predicationem legati quem dominus papa miserat in Franciam pro negotio sancte Terre⁶⁶¹ ideoque fere nulli signabant se cruce contra hereticos pestilentes; rex preterea Francie propter intestinas guerras quas habebat⁶⁶² non permittebat quod milites qui se jam diu cruce signaverant contra hereticos accingeret se ad perficiendum vota sua; super hec omnia dicebatur in tota terra Albigensi et celebri jam erat sermone vulgatum quod rex Aragonum congregabat exercitus suos, ut intraret cum superbia terram nostram militesque Christi de terra illa penitus exstirparet.

[443] Comes noster autem in tanto discrimine constitutus, misit ad filium suum, qui in Vasconia erat in obsidione cujusdam castrum quod dicitur Rupis Fortis⁶⁶³, mandans ei ut, recedens ab obsidione, festinanter veniret ad eum⁶⁶⁴: timebat enim ne, si rex intraret Vasconiam cum exercitu suo, posset eum comprehendere, eo quod paucissimos Francigenas secum haberet. Pius autem Dominus Ihesus, qui semper adiutor est in oportunitatibus in tribulationi, ita ordinavit ut et filius comitis patri mandanti obediret et de dimissa obsidione erubescerentiam non haberet: ea siquidem nocte qua venerunt littere comitis adversarii qui erant in castro obsessi rogaverunt ea que pacis sunt, parati reddere castrum et captivos quos tenebant ferme sexaginta, dummodo ipsi permetterentur abire illesi; quo, quia instabat necessitas, concesso, Amalricus, filius comitis, castrum illud muniens paucis militibus, ad patrem suum properavit. - [444] Tota autem terram Albigensis in multa turbatione et vacillatione erat posita: hostes siquidem fidei et milites regis Aragonum, qui jam longam moram fecerant in Tolosa, circuibant per ante castella nostra, invitantes indigenas ad apostasiam et redditionem; plures autem ex ipsis ob securitatem regis Aragonum, quem cum maximo desiderio expectabant, convertente se ad adversarios: et ita plura castra magna et fortia tunc amisimus.

[445] Ea tempestate comes nobilis Montis Fortis et episcopi terre Albigensis duos abbates⁶⁶⁵ miserunt ad regem Aragonum, qui litteras et mandatum domini

⁶⁶¹ Robert de Courçon.

⁶⁶² Guerras de Felipe Augusto contra el emperador, el conde de Flandes y el rey de Inglaterra.

⁶⁶³ Roquefort (Dep. Haute-Garonne).

⁶⁶⁴ El 20 de agosto Simon de Montfort estaba en Carcassona.

⁶⁶⁵ Guilhem de La Grassa (Lagrasse) y Guiraut de Caunas (Caunes-Minervois) partieron en misión diplomática el 24 de julio y regresaron el 16 de agosto.

pape deferrent ad eum supplicarentque ei ut juxta mandatum apostolicam ab hereticorum auxilio desisteret nec christianitatem inpueraret. Rex autem, utpote fallax et subdolos, respondit in dolo quod omnia quecumque mandabat ei summus pontifex libenter adimpleret; set, licet semper promitteret mandatum apostolicum libentissime se facturum, noluit tamen revocare milites suos, quos preterita hieme Tolose dimiserat, per quos cum Tolosanis et aliis hereticis christianitatem inpuerabat, sed et alios plures Tolosam misit; milites preterea de terra sua quos poterat adunabat; et insuper, sicut audivimus, partem terre sue non modicam pignori obligavit, ut haberet unde conducere posset stipendiarios in auxilium hereticorum et christianitatis inpuerationem. O crudelitas subdola, o proditio crudelissima! Licet enim toto posse suo exercitus contra nos adunaret, promittebat tamen quod mandatum domini pape de deserendis excommunicatis et hereticis libenter adimpleret, ut nos inmundos redderet et securos; sed, quod non sit prudentia nec consilium contra Dominum, rei exitus demonstravit⁶⁶⁶.

[446] *Intrat rex Aragonum Vasconiam*⁶⁶⁷. Per idem tempus sepe memoratus rex Arragonum, ut iniquitatem quam contra Christum et Suos jam pridem conceperat parturiter, egressus de terra sua cum infinita equitum multitudine, ingressus est Vasconiam, volens, si posset, totam terram que per Dei gratiam et auxilium cruce-signatorum fuerat acquisita hereticis reddere et suo dominio subjugare; ingressus igitur fines Vasconie, cepit tendere versus Tolosam; plura autem castella Vasconie, per que transitum faciebat, timore ejus reddiderunt se illi. Qui ultra? Fit in tota terra illa de adventu regis semo celeberrimus; gaudent indigene, plures apostabant, reliqui ad apostatandum se parant.- [447] Rex autem impius, cum circuisset per plura castra, venit ante Murellum, castrum quoddam nobile, sed quoad fortitudinem satis debile, distans tribus leugis a Tolosa; sed, licet muris esset debile et fossatis, erat tamen munitum militibus circiter triginta et paucis peditibus, quos nobilis comes Montis Fortis ibi ad custodiam castri dimiserat, eo quod Tolosani castrum illud pre ceteris impugnare nitebantur, sed et illi qui erant in castro Tolosanos pre ceteris impugnabant. Veniens rex Aragonum Tolosam, congregavit Tolosanos et alios hereticos, ut obsidionem firmaret circa Murellum.

[448] *Obsidio Murelli et bellum gloriosum*. Anno incarnationis Domini Nostri Jhesu Christi .M.^o.CC.^o.XIII.^o., quarto idus septembris, feria tertia post nativitatem beate Marie, rex Arragonensis, Petrus, congregatis comitibus Tolosano, Convenarum et Fuxi et copioso exercitu Aragonum et Tolosanorum, Murelli castrum obsedit; erat autem Murelli castrum situm super Garronam fluvium prope Tolosam ad tres leugas versus Vasconiam. Accedentes adversarii ad castrum Murelli, statim primo incursum primum castri burgum intraverunt, quia obsessi nostri non poterant illud munire (pauci quidem erant) et se in aliud burgum aliquantulum fortius receperant; ipsi tamen primum castri burgum hostes cicius dimiserunt. Statim milites nostri de castro miserunt ad nobilem comitem Montis Fortis, significantes ei quod obsessi erant et rogantes ut succurreret eis, quia modica, immo quasi nulla, habebant victualia et de castro egredi non audebant.- [449] Erat autem comes apud castrum quoddam, quod dicitur Fanum Jovis, distans octo leugis a Murello: proposuerat enim comes noster ire Murellum, ut muniret illud tam hominibus quam victualibus, pro eo quod de adventu regis Arragonum et de obsidione Murelli aliquid suspicaretur. In ipsa autem nocte qua comes proposuerat

⁶⁶⁶ Alusión a la muerte del rey en la batalla de Muret.

⁶⁶⁷ Gascuña, en este caso el condado de Comminges.

egredi a Fano Jovis comitissa nostra, que erat cum eo, sompnium vidit, unde perterrita fuit valde: videbatur enim ei quod ab utroque brachio suo in magna habundantia exhibat sanguis; quod sompnium cum mane comiti referret et diceret vehementissime super hoc se turbatam, comes respondit: «Quasi una de mulieribus estis locuta. Putatis enim quod more Hispanorum sequar sompnia vel auguria? Certe, est si sompniassem hac nocte me interfeciendum esse in bello ad quod prospero, securius et libentius irem, ut stulticie Hispanorum et hominum terre hujus, qui sompnia curant et auguria, plenius contrairem.» Hiis dictis, exivit comes a Fano Jovis et prosperabat cum suis versus Saverdunum⁶⁶⁸.- [450] Et, dum esset in via, venit ad eum nuntius, missus a militibus qui in castro Murelli obsessi erant, ferens eorum litteras, continentes quod rex Aragonum obsidionem firmasset ante Murellum. Quo audito, omnes nostri, jam de futura victoria spem habentes, gavisus sunt valde; statim comes mandavit comitisse, que et ipsa, recedens a Fano Jovis, tendebat Carcassonam, ut milites, quotquot posset, ei mitteret in succursum; veniens igitur comitissa Carcassonam, milites, quot potuit, congregavit; rogavit insuper quendam nobilem de Francia, vicecomitatem videlicet Corboliensem⁶⁶⁹, qui, peracta peregrinatione sua revertebatur ad propria, ut rediret et festinaret ad succursum comitis nostri; qui benigne adquevit et libenter se rediturum spondit: moventes igitur preonatus vicecomes cum suis et pauci milites quos, sicut diximus, comitissa mittebat comiti in succursum, venerunt ad Fanum Jovis. Comes autem noster et qui cum eo erant, properantes Saverdunum, venerunt prope quamdam abbatiam ordinis Cisterciensis, que dicitur Bolbona; ad quam divertens comes noster, intravit ecclesiam causa orationis, ut etiam se et suos monachorum orationibus commendaret; et, cum prolixius et devotius orasset, arripiens ense quo erat precinctus, posuit illum super altare, dicens: «O bone Domine, o Jhesu benigne! Tu me, licet indignum, ad tua prelia elegisti. De super altare tuum hodie arma accipio, ut, preliaturus prelia tua, a te instrumenta accipiam preliandi.» Hiis dictis, exiens comes, cum suis venit Saverdunum.- [451] Erant autem cum comite septem episcopi et tres abbates⁶⁷⁰, quos Narbonensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, congregari fecerat, ut cum rege Aragonensi de pace et concordia loquerentur; sed et quidam milites, circiter triginta, nuperrime venerant a Francia, ut votum sue peregrinationis explerent, inter quos erat quidam miles juvenis et frater comitis nostri ex parte matris, nomine Willelmus de Barris⁶⁷¹. A Domino facta sunt ista!.- [452] Cum venisset comes Saverdunum, convocatis militibus qui cum ipso venerant, quesivit ab eis consilium, quid facto opus esset: ipse autem ad hoc omnimodis aspirabat, sicut ab ore ipsius postea audivimus, ut ipsa eadem nocte iret et intraret Murellum, quia princeps fidelissimus multum de suis sollicitus erat obsessis; ceteri autem milites volebant manere nocte illa Saverduni, eo quod equi eran jejuni et lassi, et dicebant quod forsitan oporteret eos in ipsa via cum hostibus habere conflictum; adquevit comes, licet invitus, utpote qui semper omnia cum consilio faciebat.

⁶⁶⁸ Saverdun.

⁶⁶⁹ Payen, vizconde de Corbeil.

⁶⁷⁰ Los obispos de Tolosa, Nimes, Usès, Lodeva, Agde, Besièrs, Comenges y los abades de Clairac, Vilamanha y Sant Tibèri.

⁶⁷¹ Su madre, Amicie de Leicester, había sido esposa de Simon III de Montfort, padre de Simon, y después de Guillaume IV des Barres.

[453] In crastino summo diluculo vocavit comes capellanum suum⁶⁷², faciensque confessionem, ordinavit testamentum suum ipsumque testamentum scriptum et sigillatum misit ad domum Bolbone, mandans et ordinans quod, si contingeret ipsum in bello occumbere, mitteretur Romam prenotatum testamentum et confirmaretur a domino papa. Postquam autem factus est dies, episcopi qui erant Saverduni et comes et omnes sui convenerunt ad ecclesiam; statim unus ex episcopis sacris vestibus se induit, celebraturus missam in honore beate Virginis Marie; in qua missa episcopi omnes, accensis candelis, excommunicaverunt comitem Tolosanum et filium ejus, comitem Fuxi et filium ejus, comitem etiam Convenarum et omnes fautores et coadjutores et defensores eorum; in qua sententia procul dubio rex Arragonum involutus est, qui, licet episcopi ex industria nomen ejus supresserint, tamen pro eo facta fuit excommunicatio; quia ipse non solum erat adiutor ditorum comitum et defensor, sed tocius malicie que exercebatur in obsidione Murelli capud erat et auctor⁶⁷³. [454] Celebrata missa, comes et sui, facta confessione, armis se induunt, egredientesque a Saverduno, in quadam planicie juxta castrum ordinaverunt tres acies in nomine sancte et individue Trinitatis et procedentes venerunt ad castrum quoddam, quod dicitur Alta Ripa⁶⁷⁴, quod medium est inter Saverdunum et Murellum. Inde progredientes, venerunt ad quendam locum, transitu difficilem, inter Alta Ripam et Murellum, in quo loco arbitrati sunt nostri quod haberent obvios hostes, quia lutosus erat locus, via stricta et aquosa; erat autem prope locum illum quedam ecclesia, in qua secundum consuetudinem intravit comes causa ordinationis; inundabat autem ipsa hora pluvia et milites nostros non modicum infestabat; sed, orante milite Jhesu Christi, videlicet comite nostro, cessavit pluvia, fiunt nubila in serenum. O inmensa bonitas Conditoris! Cum surrexisset comes ab oratione, statim nostri, reascensis equis, locum predictum transierunt nullumque hostilem obicem invenerunt.- [455] Inde progredientes, venerunt usque prope Murellum citra Garonnam; rex autem Aragonum et qui cum eo erant a parte alia ultra Garonnam obsederant castrum, multiplicati super arenam maris. Milites autem nostri, utpote ardentissimi, consuluerunt comiti ut, statim intrans castrum, bellum cum hostibus committereyt ipso die; sed comes nullo modo voluit quod ipsa die fieret bellum, quia erat hora vespertina et nostri, tam milites quam equi, erant lassi, hostes vero recentes; preterea ipse comes omnem volebat exhibere humilitatem et offerre regi Aragonum verba pacis et supplicare ne, contra ecclesiam veniens, Christi se jungeret inimicis; hiis igitur de causis noluit comes quod congressus fieret ipsa die.

[456] *Intrat comes Murellum.* Transeuntes igitur nostri pontem, intraverunt Murellum; statim episcopi nostri plures et pluries nuntios miserunt ad regem, orantes et deprecantes ut misereri dignaretur ecclesie sancte Dei; set rex, utpote obstinatissimus, nullis ipsorum petitionibus adquiescere voluit nec aliquid pacifice respondere, sicut inferius continebitur⁶⁷⁵. In ipsa autem nocte vicecomes Corboliensis et pauci milites Francigene, qui veniebant a Carcassona, de quibus supra tetigimus, intraverunt Murellum: de quorum adventu comes noster et qui cum eo erant gavisi sunt valde. nec pretermittendum quod in castro Murelli non erant vic-

⁶⁷² El maestro Clarin, canceller y capellán de Simon de Montfort.

⁶⁷³ Privilegio de excomuni6n, «Documentos», n.º 1531.

⁶⁷⁴ Auterive.

⁶⁷⁵ § 450.

tualia que possent sufficere nostris etiam una die; et ipsa quidem nocte res ita se habuit.

[*Sigue ed. RHFG*] Et dit l'istoria que, dementré que lodit Conte Ramon fassia so dessus, lodit Rey d'Araguo era arribat an tota sa gen, et à Muret és anat metre lo sety, loqual los crosats tenian per aquela hora, car lo Conte de Cumenge era an lodit Conte Ramon à Tolosa. Et adonc manda lodit Rey d'Araguo aldit Conte Ramon, que prestamen ly venia dona secours aldit Muret, car el lo té assetiat, amay totas las gents que son dedins. Et quand lodit Conte Ramon agut ausit so que lodit Rey d'Araguo ly mandava, incontinen a mandat a tot son conseilh, là ont son estats tots los capitols de ladita villa, que per aquel temps eran, et los Contes, senhors et barons, alsquels a dict et demostrat com lodit Rey d'Araguo ly era vengut dona secours an una bella compania de gens que avia menada, talamen que lodit Rey d'Araguo avia assetiat Muret, amay la gen que dedins era, et que ly avia mandat per son messatge, loqual era aqui presen, que prestamen ly anessan donar secours et ajuda. Quand lodit conseilh aguet ausit tot so que lo Conte Ramon agut dit et demostrat, cascun és estat d'opinion que prestamen anan donar secours aldit Rey, vesen que de son bon volher és vengut donar ung tal secours aldit Conte Ramon, et autres senhors et baros. Adonc que lodit Conte Ramon agut ausida la resposta d'eldit conseilh, a fait armar tota sa gen, et fait cridar et sonnar à son de trompa, que tot home se aja armar et aprestar, per anar donar secours à Muret aldit Rey d'Araguo. Adonc que ladita crida és estada faicta, veirats armar et aprestar tot lo monde, qui que fossa estat aleras dedins Tolosa, aguera dict que tot lo monde devia pery et prendre fy, tant grand era lo bruit que se fasia per aquela hora. Et quand tot home és estat armat et metut en point, lodit Conte Ramon a fait cargar tots los engins que dins ladita villa eran per los portar aldit Muret. Et adonc se son trobats à ladita assemblada lo Conte de Foix et aquel de Cumenge an totas lors gens; et era tant grand lo monde per aquela hora en ladita assemblada, que no era home que la saubessa nombrar, et estimar lo monde que era assemblat; et dreit aldit Muret son anats. Et quand tota ladita armada que lodit Conte Ramon menava, és estada arribada, adonc agueras vista far grand chera los ungs als autres, so és los d'eldit Rey d'Araguo als de Tolosa, Cumenge et Foix; et aussi losdits senhors se son grandamen areculhits. Et quand se son estats areculhits et festejats, adonc an ajustat lor conseilh per verser com se devian gouvernar d'eldit affar, ont foug conclud que l'assault se donaria aldit Muret. Et adonc an fait tirar neit et jorn sans cessar, que grand pietat era de veser lo mal que fasian an losdits engins, dont los que eran dedins lodit Muret se son comensats de esbayr et aver granda paour. Et aladonc se son venguts los d'eldit sety donar l'assault à l'una de las portas, là ont los dedins se defendian ben et valentament mais, nonobstant tota defensa, son intrats dins ladita villa, là ont an comensat de frapar et tuar tot so que podian recontrar. Adonc se son retirats los que se son poguts salvar dedins lo castel, loqual era fort et defensible, ainsin que on pot veser de presen.

Et adonc és vengut lodit Rey d'Araguo, et lasditas gens a faitas recular et laisser lodit assault et tuaria, et aldit sety les a fait retirar, so que per lodit Rey foug grand folia, car après s'en repentit, coma sera dit ainsin après. La causa per que fec laisser lodit assault, foug per so que cascun ly venguet dire que lo Conte de Montfort venia an ung grand secours secorre los d'eldit Muret, et que aqui poirian aver

lo Conte de Montfort, amay toutes sas gens, vist lo grand nombre que'els eran aldit sety, que se era embarrat dins lodit Muret, amay los qu'erant dedins: mais el anet tout autramen que so que lodit Rey pensava far, car si aguessa laissat far so que era comensat, agueran prés lodit Muret, amay los que eran dedins, so que peys no poguet far, dont fouc tard al repentir; mais soven se dict que moult resta d so que fol pensa. Et adonc, dementrés que estava en lodit sety, ainsin que dit és, retirats an vistas grands cops d'ensenhas eran d'el Conte de Montfort, loqual venia an una bela compania et armada de gen per secorre los d'eldit Muret, loqual Conte de Montfort deguna contradiccion d'home viven. Et adonc lodit Conte de Montfort, és estat arribat, los que s'erant retirats, coma dit és dessus, son salhits d'eldit castel, et devers lor senhor lo Conte de Montfort son venguts.

Et adonc que lodit Conte de Montfort és estat repausat, et que los d'eldit Muret ly an agut dit et contat lodit sety, et com lor son venguts donar l'assault, et la grand tuaria et pillharia que avian faicta, et donnant lodict assault, el n'és estat for corrossat et marrit. Et dementre que lodit Conte de Montfort era en aquest parlamen an sasditas gens lodit Muret, lodit Rey d'Araguo és estat d'opinion, que vist que lodit Conte de Montfort era vengut, ainsin que dit és, que l'on lor anet donnar l'assault; vist que lodit Conte de Montfort et sasditas gens deven estre lassés et trabalhats, et que en aquela hora los deven aver, ou jamay non. Et de faict lodit assault son anats donar aldit Muret, là ont lodit Conte de Montfort et sasditas gens se son ben et valentamen deffendus, sans estre en rés esbayts, et talamen an faict que los an faict recular d'eldit assault et retirar en lor sety. Et quand son estats retirats, ainsin que dit és, son estats tant lassés que plus no podian, et se son metuts à manjar et beure sans far degun gait, et sans se doubtar de ré. Et adonc lodit Conte de Montfort a vist lo bruit d'eldit sety, incontinen a faict armar totas sas gens sans far degun bruit; et quand son estats armats et acostrats, an ordenats los capitanis, et son anats salhir al portal de Salas, ben ordenats et serrats, et ayso al plus couvert que an pogut afin que los d'eldit sety no s'en prenguessen garda. Et avia faictas tres bandas de sa gens, dont era capitani de la premera Verles d'Encontra, et de la seconda, Bocard, et de la tersa era capitani et governado lodit Conte de Montfort. Et ainsin ordenats et arregats, sur lodit sety son venguts frapar et ayso en cridan *Montfort, Montfort*, et talamen an faict, que lodit Conte Ramon et lo Rey d'Araguo son estats grandamen esbayts, quand ainsin an vistés los ennemics venir sur els; car tot quant que rencontra van devant els metian à mort per terra, que mels semblavan tigres ho orses afamats que gens razonable. Et adonc que lodit Rey d'Araguo a vist besonhar an tala forma sos ennemics, és se prestamen armat et montat à caval an totas sas gens, cridan, *Araguo*; les autres, *Tolosa, Foix, Cumenge*, et sans tenir ordre ny regla, qui may es pogut anar és anat à l'estorn et bruit. Et adonc, quand lodit Conte de Montfort a vist ainsin sos ennemics sans aucun ordre, adonc a comensat de frapar dessus, per tala sorta et manera que tuan, blessan et los ne menan, que era grand pietat de veser lo grand monde que tombava per terra, los ungs morts, los autres blessats. Et de faict lodit Rey d'Araguo an recontrat, et dessus an frapat; loqual Rey quand a vista la grand tuaria et desconfitura que l'on fasia de sas gens, el s'és metut à cridar tant qu'a pogut, *Araguo, Arago*: mais nonobstan tot son cridor, el meteys y demouret, et fouc tuat sur lo camp amay totas sas gens, ne escapet aucun, que fouc grand domatge de la mort d'eldit Rey. Et adonc quant ledit Conte Ramon, les de Foix et de Cumenge an vista tota ladita desconfitura, et an saubut que ledit rey era mort, adonc se son metutz en fuita, que may a pogut tirar devers Tolosa et lor sety an deseparat, sans se portat alcuna cosa, ont fouc faicta una gran perda per los d'eldit Tolosa; là ont moriguen grand monde d'eldit Tolosa, car se salvavia que podia. Et quand lodit Conte Ramon et autres que an el eran, son estats retirats dins

ludit Tolosa an totas lors gens, lodit Conte de Montfort, après que aguet près et plegat so que en lodit sety los d'eldit Tolosa avian laissat, ont a trobat una grand richessa, laquala a presa et dins lodit Muret s'és retirat sans far outra causa per aquel cop. Et adonc que losdits Conte Ramon, de Foix et de Cumenge son estats retirats, coma dit és, s'en son metuts à conselh; là ont lodit Conte Ramon a demostrat la grand perda que avian feita aldit sety de Muret, tant de gens que outras causas, per lasqualas és estat esbayt, que no sap que puesca far ny dire, desquallas causas ly és forsa que s'en anés devant lo Sanct Payre, ly dire et demostrar so que lo Conte de Montfort ly fais tots los jours à el et als autres senhors que an el son. Et adonc lor a dit que garden ben ladita villa, se gardar la poden, ou autramen; que quand s'en sia anat, ny los autres senhors que an el son, so lo Conte de Montfort ven sus els, que fasson d'el melhor que poyran envers lodit Conte de Montfort, et ayssso jusquas que el sia retornat de là ont va. Et adonc s'és partit d'eldit Tolosa an los autres senhors que an el eran, et a prés son camy dreit à Roma.

· MONARQUIA CAPETO

228. GUILLAUME LE BRETON, *Gesta Philippi Augusti, Francorum regis (1216-1220)*⁷⁹³

RHGF, XVII (1878), pp. 62-116, esp. pp. 85-86 y 92.

An. 1211 (...) Eodem anno, Rex quidam Sarracenis qui dicebatur Mummilinus, quod linguâ eorum sonat Regum Rex, collecto exercito infinito paganorum, aggressus fines Hispanie, locutus est in magna superbia contra Christianos, et obtulit eis bellum: qui pugnaverunt cum eo in fide et nomine Jesu Christi, et vincerunt eum, et fere omnes qui cum eo erant occiderunt. Ipse autem victus et confusus et ferè solus et propria et reversus. Huic bello interfuerunt multi boni et fortes viri de regno Francie, et Rex Arragonie, miles probissimus, qui in signum victoriae lanceam et vexillum ipsius Mummilini Romam misit, que, adhuc in ecclesia beati Petri in loco eminenti posita, favorem et, misericordiam Christi quâ suos, licet paucos respectu hostium, in predicto bello victores fecit, in perpetuum representant. (...)

Eodem anno, videlicet ab incarnatione Domini MCCXIII, in precedente septembri, commissum fuit mirabile prelium in terra Albigensium... [*Tras las primeras conquistas, Simon de Montfort*] Qui privatum commodum utilitati publice postponens, et bella Dei gratanter gerenda suscipiens, debellavit civitates et castella, et omnes hereticos et eorum fautores sevâ morte interire coegit, et multa cessit, et multas victorias, non sine miraculo, consucutus est. Sed ad ultimum Rex Arragonum, Comes Sancti-Aegidii et Comes Fuxi et alii infiniti obsederunt eum in castro quod Murellum vocatur. Ille autem, cùm non haberet nisi ducentos et sexaginta milites, et circiter quingentos satellites equites, et peregrinos pedites ferè septingentos inermes, missâ auditâ, gratiâ Sancti Spiritus invocatâ, exierunt de castro et pugnaverunt cum eis, et

⁷⁹³ Cronista de origen bretón (1159/1169-1226), estudió en Nantes y París y formó parte de la corte del rey de Francia Felipe Augusto, de la que fue familiar. Estuvo al servicio de su hijo bastardo Pierre Charlot, a quien dedicó el poema perdido *Karlotis*, convirtiéndose luego en capellán e historiador del rey. Hasta 1208, esta obra es un resumen de la crónica de RICORD, siendo original hasta 1214 y la batalla de Bouvines, en la que el autor estuvo presente y que motivó su redacción por orden real. Continuada hasta 1219, fue revisada y continuada por los monjes de Saint-Denis hasta 1223, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 626-627.

ipsum Regem Arragonum occiderunt, et de exercitu septem decim millia percusserunt, et, divinâ eos gratiâ protegente, de omni numero suo non perdidit die illo nisi octo tantum peregrinos, nec fuit à seculis auditum bellum quod majori miraculo ascribi debeat quam illud. Iste Simon, propter virtutem admirabilem, in partibus illis Comes fortis vocabatur: qui, cum esset in bellis strenuissimus, omni tamen die missam et horas canonicas omnes audiebat, semper sub armis, semper in periculo; spretâ pro Dei servitio patriâ, sic se agebat militem in hac peregrinationis via, ut demum se videat civem in patria ecclesie triumphantis.

229. CHRONIQUES DE SAINT-DENIS (1223)⁷⁹⁴

Les Gestes de Philippe-Auguste, extraits des grandes Chroniques de France, dites de Saint-Denis, RHGF, XVII (1878), pp. 347-422, esp. pp. 398, 402 y 403.

En cele année vint ou roiaume d'Espagne uns Rois Sarrazin qui avoit nom «Mommelins»; si vaut autant en leur langue come Rois des rois. Si grant ost amena, que la multitude de sa gent sembloit estre sanz nombre, en si grant orguel parla contre les crestiens et la menaça forment; mais il se combatirent à lui et à sa gent, et li rendirent bataille si forte que il occistrent tant de sa gent, que il l'en demora petit par l'aide Nostre Seigneur, qui pas ne deguerpist ceus qui en lui ont esperance. Il meismes s'enfui maz et confus à petite compagnie. En celle bataille furent maint vaillant chevalier du roiaume de France et li Rois d'Arragon qui moult estoient bons chevaliers. En representation de la misericorde Nostre Seigneur et en signe de la victoire que Dieux li ot donnée, ja soit ce que il fussent un poi de gent au regard de leur anemis, il envoya l'enseigne de ce Roi Sarrazin à l'église Saint Pere de Rome; si fu attachié à l'entrée du mostier, à la loenge de celui qui vit et regne sanz fin. (...)

VIII. En l'an de l'incarnation MCCXIII fu une bataille en la terre d'Albijois...⁷⁹⁵
(...) ...mainte grant bataille ouvra ou país par l'aide Nostre Seigneur, et ot mainte bele victoire no mie par fait d'ome, mais par miracle, desquieux nous en volons ici endroit retraire, qui bien est digne de memoire.

Après ce que li baron et li prelat s'en furent retourné en France, li Rois d'Arragon, li Cuens de Saint Gyle, li Cuens de Fois, et maint autre baron du país, assistrent le Conte ou chastel de Muriaus; grant ost et fort avoient assemblé com cil qui du país estoient, et li Cuens n'avoit que CC et XL chevaliers, D serjans à cheval, et pelerins à pié toz desarmes entor sept cenx. Après ce que li Cuens et sa gent orent la messe oïe par grant devotion, et il orent leur pechiez confessez et apelée la grace du Saint Esperit, il issirent du chastel hardi come lyon, come cil qui estoient armé de foi et de creance, et se combatirent à leur anemis verteuusement, le Roi d'Arragon occistrent et bien XVIII mille de sa gent. Après ce que il orent la bataille vaincle, et toz leur anemis occis et chaciez, il troverent que il n'orent perdu de tote leur gent que VIII pelerins tant seulement. Si ne fu ainques oïe tele victoire en cest siecle ne si merveilleuse, ne bataille où l'on deust noter si grant miracle. Icel Cuens Symons estoit apelez ou país Cuens forz pour sa merveilleuse force: car, come il fust tres nobles en armes, il estoit si preuz-dons, que il oit chascun jour sa messe et

⁷⁹⁴ Primera redacción de las crónicas oficiales de la monarquía Capeto elaboradas en la abadía de Saint-Denis de Paris, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.530, pp. 97-101.

⁷⁹⁵ Sigue el relato de la cruzada de 1209.

ses heures canoniaus, toz jors armez, toz jors en peril, si avoit du tot guerpi et adosé son país pour le service Nostre-Seigneur en ceste voïe de peregrination pour deservir l'amor Dieu et la joie de Paradis.

230. GUILLAUME LE BRETON, *Philippidos libri XII, sive «Gesta Philippi Augusti, Francorum regis» versibus heroicis descripta (1220-1225-1226)*⁷⁹⁶

RHGF, XVII (1878), pp. 117-287, lib. VIII, pp. 210 y 220-225; pub. fragmentaria CATEL, *Histoire des Comtes de Toulouse*, lib. II, pp. 292, 293, 294, 298; trad. fr. en prosa F. GUIZOT, «Coll. des Mémoires relatifs à l'Histoire de France», París, 1825, pp. 1-390, 12, canto VIII, pp. 235-248.

Materia Libri Octavi.

Subditor octavo Normannia tota Philippo.
Rex Turonos Pictosque domat, Guidone subacto.
Exheredatur Raymundus. Turba fidelis
Hereticos contra cruce se communit in armis.
Infinita necant illorum millia Franci.
Occidit Regem Petrus armiger Arragonensem.
Rex dolet hereticos non posse juvare Johannes;
Inque Deum famulosque suos ulciscitur iram,
Quâ Deus ipse suo pro crimine corripit illum.
Rompitas servosque crucis ferus impedit Otho. (...)
572. Confugit ergò Comes Raymundus ad Arragonensis
Auxilium Regis, qui congregat agmina regno
Quotquot habere suo poterat; nec defuit illi
Fusinus comes, et Tolosane copia gentis,
Massilique viri, quosque illi misit Avigno,
Albia cara, Nemaus, et quos misère Navarri,
Et quos nutrierat Carcasso, Comesque Bicorrus.
Conveniunt omnes numero bis millia centum.
580. Mente unâ cupidi cum Simone vincere Francos,
Et dare vel morti, patriâ vel pellere totâ:
Armis instructi, sed nec virtutis egeni,
Quorum semper erat probitas exercita bellis,
Et feritas assueta neci, cedique dicata.
Hi tantis certant cum Simone viribus, ut vix
Se sociosque suos defendere posset ab illis,
Cujus erant equites cum quadraginta ducenti,
Septuaginta in equestri famuli, peditesque trecenti,
Cum quibus ipse volens fortune cedere forti,
590. Murelli tutâ cautè se clausit in arce.
Christus enim sanctis ita consulit, ut vir ab una
Se fugiendo bonus aliam conservet in urbem;
Est etenim cautè vis evitanda malorum,
Ne quod mente parant perducant semper ad actum.
Immò etiam sanctis fuga sepiùs expedit ipsis,
Quo super ipsius non instruit actio Christi,

⁷⁹⁶ Poema histórico en doce libros dedicado a las victorias de los reyes Capeto, tiene menos valor histórico que los *Gesta*, pero tuvo más éxito. Fue traducido al francés hacia 1220-1230 e incorporado a otra crónica real (*véase abajo*), HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 626-627.

Dum subit Aegiptum fugiens Herodis ab ira,
Inconsulta trahat ne nos audacia sponte
Velle mori, cùm nostra videt discretio quàm sit
Utilior nostre mortis dilatio quàm mors.

600. Utilior nostra mortis dilatio quàm mors.

At rex Arragonum, totusque exercitus ejus,
Murellum fixis circumdant undique signis;
Nec se moturos jurant nisi Simone capto,
Catholicisque viris ejus qui signa sequuntur.
Intra Murellum cum Simone contulerant se
Persone primi multe, pluresque secundi
Ordinis, et cleri quamplurima turba minoris,
Arma quibus tractare negat lex ecclesialis:
Qui, sacra coelestis doctrine verba pluentes,
610. Consilium prestant aliis qui belligerantur,
Et bello superant inimicos spirituali,
Exemplo Moïsis pugnante precantis Hebreo,
Quo sursum tollente manus vincebat Hebreus;
Depressis autem manibus, Moïsesque tacente,
Victorem victor Amalech vincebat Hebreum.
Et ne plus oneris quàm commoditatis haberent,
Neve gravis foret illorum presentia castris,
Exercebat eos vigor indeffensus ad omne
Quod castrensis opus sibi sollicitudo requirit;
620. Plusque laborabant populo manualiter omni,
Sola hec que mortem poterant inferre caventes.

Omnes hi pariter communi anathemate Regem
Arragonum feriunt, et qui illum in bella juvabant,
Qui nitebantur Christi pervertere legem,
Qui perversores legis revelare volebant,
Ut, Domini gladio percussi primò, feriri
Promptiùs et nostro possint à milite cedi.
Ipse etiam ut vidit tot militibus undique Simon
Se circumcingi, nec corpora se tot habere
630. Singula quot numero centenos hostis habebat,
Consulit, et tali compellat fame Francos:
«Magnanimi proceres Trojanâ stirpe creati,
Francorum genus egregium, Carolique potentis
Rollandique coheredes et fortis Ogeri,
Qui patrie tam dulces solum, tot castra, tot agros,
Qui villas tot deliciis opibusque fluentes,
Qui tot amicorum, tot pignora conjugiorum
Cara reliquistis pro Christi lege tuenda,
Ipsam pre mentis oculis habeatis, et ipsi
640. Vos committatis soli, pro cuius amore,
Pro cuius tot bella fide, tot vicinus hostes;
Qui solus potis est nobis conferre salutem,
Qui solus nos eripuit de mille periclis,
Qui solus nunc eripiet presente periculo.
Tunc etenim se debet homo committere soli
Puro corde Deo, cùm quid ratione geratur

Ex se non reperit, cùm quod natura vel usus
Consilium prestat, omni vacat utilitate
Obsedit hec, et nos gens tam numerosa necare
650. Dirà mente sitit: jam, fractis moenibus istis,
Castellum irrumpent; spatio jam temporis areto
Nos capient, mortique dabunt, et nostra ferarum
Morsibus et voluerum lanianda cadavera spargent,
Funeris ut tali contenti simus honore,
Nostraque tam nitidis tumulentur membra sepulcris.
Sic et in errorem Provincia tota redibit,
Sanctorumque fides et sacramenta peribunt.
Sicne capi satius et honestius esse putatis,
Et sancte fidei legisque videre ruinam,
660. Quàm pugnando mori? Non omnes tollet inultos
Mors ita nos, numerum quin attenuemus eorum
Qui Domini gladio jam promeruère feriri,
Ut citiùs gladiis mereantur cedere nostris.
Nunc, rogo, sanctorum memores estote virorum,
Simonis et Jonathe ac Jude Mathianidarum,
Et sancti patris illorum, fratrumque priorum,
Sacra quibus donat Machabeis pagina nomen,
Quorum laus canitur et festa coluntur ubique,
Qui tot tam fortes exstirpavère tyrannos,
670. Idolatrasque omnes totâ regione fugârunt,
Idola frangentes, loca sacra reedificantes,
In quibus antè Dei cultura solebat haberi,
Omne quod Antiochus foedârat sanctificantes.
Tu, Guillelme, mihi fratrem quem nobilis ille
Barrarum dominus, genitrix cùm nuberet illi
Nostra, dedit, frater nobis uterinus ut esses,
Nuc animo, nunc, queso, manu, te semine tanti
Ortum demonstres imitatoremq; parentis
680. Exsultat regio, pariterque Philistica tellus,
Qui verè meus es germanus utroque parente,
Nunc, nunc scribatur virtus utriusque parentis
Mente tuâ, ut patribus simili probitate proberis.
Te quoque te moneo, Rocii dominator, Alane,
Qui tot sub nostro fecisti Rege triumphos,
Qui te cum reliquis hec certamina misit.
Vosque alii proceres, communiter esse velitis
Et patrum et patrie memores, genius unde tulistis,
Ne patres sibi dissimiles, ne dulcis alumnos
690. Patria degeneres doleat genuisse, quod absit!
Precipuè Regis summi studeatis honori,
Cujus mane novo pugnabit hostibus. Ipse
Dux velit et princeps pro se pugnantibus esse!
Sic fiat sicut fuerit divin voluntas.»
Dixit, et assensu coetûs totius in unum
Conclamante sonum, nullo variante favorem,
Somnis nocte datâ, sub prima luce sourum
Primitias operum Domino sacrat, ecclesiamque

Matutinus adit, ut cum solemnibus horis
700. Audiat officium quo Christi passio rerum
Sub specie nostram typicè repetita salutem
Effectu haud dubio renovat. Mox omne recenset
Robur, et ex uno tres efficit agmine turmas.
Protinùs armatí, cursu rapiente reclusis
Egressi foribus, hostile feruntur in agmen:
Ut leo qui caude sibi verbere suscitatur iras,
Dum ruit armento vaccarum damna daturus,
Quas videt, oblitus jam viso graminis illo.
Herbosis mussare procul sub vallibus Ide.
710. Sic Domini pugiles parili levitate, relectis
Ensis, oppositos ídem impetus urgent in hostes.
Quo viso, Arragones gaudent, veroque furore
Insanire putant, et ob hoc gratantiùs illos
Excipiunt, quos sponte mori jam velle putabant.
Audaces igitur feriunt, feriuntur et ipsi,
Ictibus et primis equã virtute resistunt,
Et condensatis ex omni parte coronant
Agminibus, ne fortè fugam quis tentet eorum
Quos in momento consumere posse putabant,
720. Inque brevi spatio concludere millia centum
Inter se putaverê viros vix mille ducentos.
Jam latet, et penitùs Francorum turma videri
Non valet à tantis circumvallata catervis.
Pugna recrudescit, ictus germinantur, et hastis
Nil agitur; gladii rimantur viscera nudis.
Nec jam par animis animus, non ictibus ictus,
Non pugno pugnus, non vires viribus eque:
Nam quemcumque hostem Francus ferit, illicò lapsus
Corruit, et vitam tenues ex sufflat in auras.
730. Si quis adhuc vivens ab equo ruit, ociùs illum
Dilantant pedites, et ei vitalia solvunt,
Dum properant equites alios aut cogere labi,
Ut peditum manibus rumpantur guttura lapsis,
Aut in equis ipsis occidere vulnere crebro.
Rex furit Arragonum, sic cedi su sua coram
Pignora cara videns, nec eis succurrere posse:
Piget eum, tentatque suas in Simone vires,
Indignans aliis concurrere; quippe minores
Quoslibet indignos regali judicat ictu.
740. Cautior occurrit, pugneque peritior, illi
Simon, et lateris flexu cavet illius hastam,
Que media veniebat ei transfigere costas.
Tunc Regis dextrà perníciter eripit hastam,
Et signum regale simul quod pendet ab hasta;
Quod, populum tanti faciens meminisse triumphi,
Nunc cum vexillo Romana pendet in ede.
At Rex exerto Comitem ferit ense; sed ipsum
Fortior insurgens, rapto de vertice cono,
Fortiter à sella Comes elevat, inque vigentis

750. Circumflectit equi collo, manibusque duabus
Graviter amplexum Regem portare volebat,
Et vivum servare, neci quia tradere tantum
Fas non esse virum Comiti putat: ut pius hosti,
Ut bonus esse malo, populo laudetur ab omni.
Nititur ille viro elabi, multoque labore
Vix duro amplexu sublibatur, inque virenti
Gramine stare volens, prostratus corpore toto
Concidit, et fulvâ jacuit resupinus arenâ.
Arragones Comitem circumstant, et magis illum
760. Debellare student, quàm Regem tollere terrâ.
Ille velut turris stat firmus, et ense rotato
Dissipat instantes, et multo sanguine pingues
Reddit agros, multaque virûm se strage coronat.
Armiger unus erat Comitem prope, nomine Petrus,
Non indignus eques fieri, vel gente, vel annis:
Occiso qui lapsus equo pedes ibat, et ipse
Penè ducente virûm dederat jam corpora letho.
Jamque gule Regis ferrum, thorace reducto,
Aptabat. Cui Rex clamans: «Rex, inquit, ego sum:
770. Tolle manum cohibe, et nolito occidere Regem;
Sed potiùs vivum serves, tibi multa daturum
Millia marcarum pro solo munere vite».
Petrus ad hec: «Modò te vidi, cùm non procul essem,
Pectora velle tuo transfigere Simonis ense;
Meque peremisses, et Francos insimul omnes,
Si vultu tibi propitio fortuna fuisset:
Dignus es ergò mihi succumbere, qui mihi mortem,
Qui Comiti, qui Francigenis inferre volebas.
In te solus homo moritur; sed mors tua nobis
780. Omnibus et nostris est collatura salutem.
Rex es, ego Regis opto interfector haberi:
Hec mea dextra tibi regalia guttura rumpat,
Que de gente tua mutilavit membra ducentis.
Quot dicas comitum manibus cecidisse meorum,
Cùm mihi tot soli data sit necuisse potestas
A Domino, cui te fecisti improdivus hostem?
Expedit ergò tuis ut eos comitère sub umbras,
Ne sine Rege suo paveant occurrere Diti;
Quem si fortè queas per vim tibi subdere, vel tu
790. Rex ibi solus eris, vel conregnabis eidem.
Propitiore tamen fato si vincere queris,
Et causâ meliore tibi pugnare necesse est.
Vade, nec oblitus fueris que munera Charon
Exigit. Ille quidem nequaquam trans Styga sistet
Teve tuosve, nisi tuus illi spiritus antè
Naulum persolvat, et porrigat ore trientem,
Quem penes ejusdem sunt omnes conditionis:
Non domino servus, non Rex à milite differt;
Nil vires forti, nil divitie locupleti,
800. Purpura nil Regi; cum paupere dives eodem
Omnes vase bibunt, potus datur omnibus idem.»

Hec dicens, ferrum regali sanguine spumans
Tinxerat, et vulnus alio geminaverat ictu.
Protinùs Arragones, amisso Rege, per agros,
Per valles fugiunt. Fusinus cum Tolosano
Ostendunt Comites jam terga fugacia Francis;
Et quicumque necem possunt evadere, vitam,
Auxiliante fugâ, pedibus salvare laborant,
Plantis, non gladiis magè se debere volentes.
810. Stabat adhuc Tolosana phalanx prope fluminis undas
Millia dena quater in papilionibus altis,
Observans aditus castrì è regione sinistra,
Ne quis ad obsessos veniat vel prodeat extrâ,
Qui ferat aut querrat illis quodcumque juvamen.
Quos cùm vidisset Bernardus⁷⁹⁷, presul eorum,
Qui tunc cum reliquis Murelli in turre manebat,
Exspectare quasi bellum renovare volentes,
Significavit eis ut se convertere vellent
Ad rectam veramque fidem, Comitique fideli
820. Corde reformari, finemque imponere bello.
Ast illi famulum pietatis verba ferentem
Cedere Theutonico non erubuère flagello,
Et cum ververibus indigna opprobia passo
Vix licuit paucis cum dentibus inde reverti:
In signumque illis à sancto presule missam
Presumpsère stolam variis discingere plagis.
Quâ super ut Comiti re certificatio facta est,
A Domini bello summa cum laude reverso,
Quamvis Arragonum satis esset strage gravatus,
830. Lassatique viri post bella quiete foveri
Exigerent potiùs quam rursùm in prelia mitti,
Egreditur portis; cum quo, non menti minori
Quàm si nulla die gessissent prelia toto,
Illa invicta cohors inimica in castra feruntur.
Non audet Tolosana phalanx exire furenti
Obvia Francigene; numero sed fisa suorum,
Seque putans infra sua castra resistere paucis,
Obstruit introitus, et se defendere tentat.
Sed breve per tempus, Domini viduata favore,
840. Terga dat; et, tantos nequiens sufferre furores,
Se cedi patitur, et cedit turpiter hosti.
Ut vi fracta lupus ingressus ovilia nocte,
Non sedare situm aut carnes immergere ventri
Dente petens avidâ, gregibus tantummodo rumpit
Guttura lanigeris, et strages stragibus addit,
Sanguinis illecebras dum siccâ fauce ligurit,
Et calido stomachum potùs dulcore saginat:
Haud secùs illa Deo devota per illius hostes
Turma necando ruit, gladiisque ultoribus iram

⁷⁹⁷ Folquet.

850. Exsequitur Domini, sibi quam geminaverat ille
Desertor fidei populus, comes hereticorum.
Nec spoliare illos, nec quemquam prendere curant;
Sed tantum, assiduo rubricatis ensibus ictu,
Effuso vitam victis cum sanguine tollunt.
Indique die virtus Francorum claruit illo
Tanta, quod adjunctis ter millia quina duobus
Millibus ad Stygiam lux miserit una paludem;
Dextraque textit eos tanto divina favore,
Quod tantum exciderent ex agmine Francigenarum
860. Octo peregrini, quos reperit hostis inermes:
Quorum spiritibus, lutea compage solutis,
Christus perpetue largitur gaudia vite,
Nomine pro cujus cruor est effusus eorum.

231. ANÓNIMO DE CHANTILLY, *Chroniques des Rois de France* (h. 1223)⁷⁹⁸

Musée Condé (Chantilly), ms. 869; Segunda versión, BAV, Reg. Lat. 624.

[*Incluye una traducción al francés antiguo de la «Filípida» de GUILLAUME LE BRETON, «Testimonios», n.º 230*]

232. VINCENT DE BEAUVAIS, *Speculum historiale* (1257-1258)⁷⁹⁹

«Bibliotheca Mundi seu Speculi Maioris Vicenti Burgundi», 6 vols., Douai, 1624, VI, lib. 30, cap. ii, p. 1.237 y cap. ix, p. 1.240.

De Memmellini regis et albigenium destructione.

Rex autem quidam Sarracenis nomine Memmellinus, idest, rex regum, exercitu collectio paganorum infinito, fines Hispanie agressus, et in superbia magna contra Christianos loquens, obtulit eis bellum. Qui pugnantes contra eum, in fide et nomine Christi vicerunt illum; ubi fuerunt viri fortes de regno Francorum, et miles probatissimus rex Aragonum. Qui etiam in signum victoriae, Romam misit lanceam et vexillum Memmellini, et adhuc in ecclesia beati Petri posita est in loco eminenti. (...)

Hoc eodem anno, mense Septembris, commissum est mirabile prelium in terra albigenium. Quinquennio namque iam elapso, cum viri venerabilis... [*Simon de Montfort*] Qui privatum commodum utilitati publice postponens, urbes et etiam castella debellavit, hereticos et eorum fautores interire seva morte coegit, et multa Dei prelia gessit multasque victorias non sine divino miraculo consecutus est. Ad

⁷⁹⁸ Sobre esta crónica real, véase SPIEGEL, «Les débuts français de l'historiographie royale», pp. 400-404.

⁷⁹⁹ Miembro (fin. s. XII-1264) de la primera generación de dominicos instalados en París en 1218, en 1246 era subprior del convento dominico de Beauvais y en 1246-1247 se convirtió en lector de la abadía cisterciense de Royaumont. Relacionado con el rey Luis IX y sus próximos, su obra (*Speculum majus*) es una inmensa compilación redactada en varias etapas hacia 1257-1258 en la que se reúne el saber natural (*Speculum naturale*), científico (*Speculum doctrinale*) e histórico (*Speculum historiale*) de la época. Es la obra que conoció mayor difusión en la Edad Media, existiendo traducciones al francés del siglo XIV, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, p. 1.480; también ORCÁSTEGUI y SARASA, *La historia en la Edad Media*, pp. 214-215.

ultimum verto Rex Arragonum, et comes sancti Aegidii, comes etiam Defdes⁸⁰⁰, et alii infiniti obsederunt eum in castro quod vocant Murellum. Qui cum non haberet secum nisi 200. et 60. milites, et circiter quingentos gentes et satellites et peregrinos, pedites vero septingentes inermes, audita missa, invocata Spiritu Sancti gratia de castro exeuntes pugnaverunt cum eis, et inaudito fere miraculo 17. millia de exercitu percusserunt, ipsumque regem Arragonum occiderunt. Porro de omni numero suo non nisi 8. peregrinos illo die perdiderunt. Hanc itaque Simonem in partibus illis propter virtutem eius admirabilem populus Comitem fortem vocabat. Qui cum esset in bellis strenuissimus, quotidie tamen missam et omnes horas canonicas audiebat.

233. CHRONIQUE ANONYME DES ROIS DE FRANCE FINISSANT EN 1286

BNF, ms. fr. 2.815, fols. 1-190, esp. fols. 161v y 162, transcr. y notas WAGNER, «*Debellare Albigenes*», 133H.

[*Para el relato de la batalla de Las Navas de Tolosa, «Testimonios», n.º 229*]

L'an del Incarnation .M.CC.XIII. fu une bataille en la terre d'Aubigois. Car quant li papes ot envoie le pardon au roi aus barons et aus prelas qui croisiere se voudroient pour detruire l'eresie et la bouguerie d'Albigois, maint baron et maint haut homme plain de la foi nostre Seigneur, se croisierent et mistrent la crois pardevant a la differense de la croiserie d'Outremer: Pierres, arcevesques de Rouan⁸⁰¹, Robers⁸⁰², evesques de Chartres; des barons: li dus Hues de Bourgoigne, Henris⁸⁰³ quens de Nevers, et maint autre baron et prelat dont nous lessons les noms pour la confusion. Tuit cist se croisierent pour destruire l'eresie que li apostoilles ot devant escripte a Thymotee a avenir vers la fin du monde. Il murent ou voiage quil avoient empris pour l'amour de nostre Seigneur. A la cite de Bediers vindrent, qui toute estoit plainne de bougres. Toute la craverentent et fendirent et occistrent bien en ceste ville seulement .IXm. hommes et plus. Post vindrent a Quarquasonne. Empoi de temps apres fu prise. Tous les hommes et les fames dou pais et des viles voisines qui la estoient afoui, par la fortereste dou leu, beuterent hors par condition devant pourparlee, touz nuz, leur natures sanz plus couvertes. Quant il orent destruit tout l'originar de cele bouguerie, il proposerent a retourner en France, mes avant quil s'empartesissent, il apelerent la grace du Saint Esprit et eslurent le conte Symon de Monfort pour gouverner l'ost nostre Seigneur, qui ou pais demouroit ou service Dieu. Et le pseudom qui ot plus chier le comun pourfit de sainte Yglise qui le sien propre recut proprement l'avoierie de la bataille nostre Seigneur. Les viles et les chastiax prist, les principaus des regnes prist et les fist male mort mourir, mainte grant bataille outra ou pais par laide nostre Seigneur et ot mainte bele victoire, ou pais par laide nostre Seigneur ausint com par miracle, des quex nous en voulouns ci endroit retraire, une qui bien est digne de memoire. Apres ce que li baron et li prelat s'enfurent retourne en France, li rois d'Arragon, li quens de Saint Gille, li quens de Fois et maint autre baron du pais assistrent le conte au chastel des Muriaus, grant ost et fort avoient assamble, comme cil qui du pais estoient et li

⁸⁰⁰ Fois.

⁸⁰¹ Sens.

⁸⁰² Renaud.

⁸⁰³ Hervé.

quens n'avoit que .CC. et LX. chevaliers .Vc. serganz depie a cheval et pelerins apie touz de l'armez entor .VIIc. Apres ce que li quens et sa gent orent lamesse oie par grant devotion et il orent lor pechies confessez et apelez la grace dou Saint Esperit, il issirent dou chastel hardi comme lyon, comme cil qui estoient arme de foi et de creance, et se combatirent a leur anemis vertueusement. Le roi d'Arragon ocistrent et uns .XVIII^m. de sa gent. Apres ce que il orent la bataille vaincue et touz leur anemis ocis et chacies, il trouverent que il norent perdu de toute leur gent que .VIII. pelerins tant seulement. Oi ne fu onques ore tel victoire en cest siecle ne si merveilleuse ne bataille ou leu deult noter sigrant miracle. Cil quens Symons estoit apelez ou pais quens ... fort pour sa merveilleuse force... Car comme il fust tres nobles en armes, il estoit si preudons quil estoit chascun jour ala messe et as heures kanouniques touz armez et touz apparellie. Si avoit du tout guerpi et adosse son pais pour le service nostre Seigneur en ceste voie de peregrination pour deservir l'amour de Dieu et la joie de paradis.

234. GRANDES CHRONIQUES DE FRANCE (fin. s. XIII)⁸⁰⁴

Ed. J. VIARD, *Grandes Chroniques de France*, 10 vols., «Société de l'Histoire de France», Paris, H. Champion, 1920-1953, VI (1930), lib. III, cap. iii, pp. 300-301 y cap. viii, pp. 317-320.

En cele année, vint ou roiaume d'Espagne uns rois Sarrazins qui avoit non Mommelins; si vaut autant de leur langue come rois des rois. Si grant ost amena que la multitude de sa gent sembloit estre sanz nombre. En si grant orguel parla contra les Crestiens et les menaça forment; mais il se combatirent à lui et à sa gent et li rendirent bataille si forte que il occistrent tant de sa gent que il li en demora petit, par l'aide Nostre Seigneur qui pas ne deguerpist ceus qui en li ont esperance. Il meismes s'enfui maz et confus a petite compagnie. En cele bataille furent maint vaillant chevalier du roiaume de France et li rois d'Arragon, qui moult estoit bons chevaliers. Et representation de la misericorde Nostre Segneur et en signe de la victoire que Diex li ot donnée, ja soit ce que il fussent un poi de gent au regart de leur anemis, il envoya l'ensegne de ce roi sarrazin à l'église saint Pere de Rome; si fu atachée à l'entrée du mostier, à la loenge de Celui qui vit et regne sanz fin⁸⁰⁵. (...)

En l'an de l'Incarnation .MCCXIII, fu une bataille en la terre d'Albijois. Car quant li papes ot envoié le pardon au roi, aus barons et aus prelaz qui croisier se vorroient pour destruire l'eresie et la boguerrie d'Albijois, maint baron et maint plain de la foi Nostre Seigneur se croisierent et mistrent les croiz par devant, à la difference de la croisierie d'Outre-mer: Pierres arcevesques de Sanz, Renauz⁸⁰⁶ arcevesques de Rouan, Robert evesques de Baiex, Jordains evesques de Lisieus, Renaus evesques de Chartres. Des barons, li dus Huedes de Borgoigne, Hervieux cuens de Nevers, et maint autre baron et prelat dont nous laissons les nom pour la confusion. Tuit cist se croisierent pour destruire l'eresie que li apostoles ot devant escrite à Thimotée à avenir vers la fin du monde. Il murent où veage que il avoient empris pour l'amor de Nostre Segneur. À la cité de Bediers vindrent, qui tote estoit plaine de

⁸⁰⁴ Vasta compilación de obras históricas redactadas entre los siglos XIII y XIV en la abadía de Saint-Denis de Paris a partir de modelos latinos del s. XII, trata de la historia de la realeza francesa desde sus orígenes míticos hasta 1461, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 296-298; también ORCÁSTEGUI y SARASA, *La historia en la Edad Media*, pp. 224-225.

⁸⁰⁵ Tomado de GUILLAUME LE BRETON.

⁸⁰⁶ Robert.

bogres, tote la craventerent et fondirent, et occistrent bien en cele vile seulement LXm homes et plus. Puis vindrent à Carcassonne; en poi de tens après fu prise. Toz les homes et les fames du païs et des viles voisines qui là estoient afüi, à garant pour la forterece du lieu, botèrent hors par condition devant porparlée, toz nuz, leur natures sanz plus couvertes. Quant il orent destruit tot l'original de cele boguerrie, il proposerent à retorner en France; mais avant que il s'en partissent, il apelerent la grace du Saint Esperit et eslurent le conte Symon de Monfort pour gouverner l'ost Nostre-Seigneur, qui ou païs demoroit ou servise Dieu. Et li preuz qui ot plus chier le commun porfit de sainte Eglise qui le sien propre, reçut liement l'avoierie de la bataille Nostre Seigneur; les viles et les chastiaus prist, les principaus de l'eresie prist et les fist de male mort mourir. Mainte grant bataille outra ou païs par l'aide Nostre Segneur et ot mainte bele victoire, non mie par fait d'ome, mais par miracle; des quieux nous en volons ci endroit retraire qui bien est digne de memoire.

Après ce que li baron et li prelat s'en furent retorné en France, li rois d'Arragon, li cuens de Saint Gyle, li cuens de Fois, et maint autre baron du païs assistrent le conte au chastel de Muriaus. Grant ost et fort avoient assemblé, comme cil qui du païs estoient, et li cuens n'avoit que CC et LX chevaliers, D serjanz à cheval, et pelerins à pié toz desarmez, entor VIIc. Après ce que li cuens et sa gent orent la messe oïe par grant devotion, et il orent leur pechiez confessez et apelée la grace du Saint Esperit, il issirent du chastel hardi comme lyon, come cil qui estoient armé de foi et de creance, et se combatirent à leur anemis vertueusement. Le roi d'Arragon occistrent et bien XVIIIIm de sa gent. Après ce que il orent la bataille vaincue et toz leur anemis occis et chaciez, il troverent que il n'orent perdu de tote leur gent que VIII pelerins tant seulement. Si ne fu ainques oïe tel victoire en cest siecle ne si merveilleuse, ne bataille où l'on deust noter si grant miracle. Icil cuens Symons estoit apelez ou païs cuens forz, pour sa merveilleuse force. Car com il fust très nobles en armes, il estoit si preuzdons que il ooït chascun jor sa messe et ses heures kanoniaus; toz jors armez, toz jors en peril. Si avoit du tot guerpi et adossé son païs, pour le service Nostre Seigneur, en ceste voie de peregrination, pour deservir l'amor de Dieu et la joie de Paradis.

235. GUILLAUME DE NANGIS, *Chronicon* (h. 1300)⁸⁰⁷

Ed. fragmentaria *RHGF*, XX (1840), pp. 544-586 y 725-763, esp. pp. 755-756 y 758; y ed. H. GÉRAUD, *Chronique latine de Guillaume de Nangis de 1113 à 1300 avec les continuations de cette chronique*, 2 vols., «Société de l'Histoire de France», París, 1843, pp. 144-145.

MCCXI. (...) Rex quidam Sarracenorum nomine Mummilinus, fines Hispanie cum magno exercitu ingressus, regi Castelle et Christianis in superbia longeus bellum intulit; qui pugnantes contra enim, et habentes in auxilium reges illustres Arragonie et Navarre, in fide et in nomine Christi vicerunt enim cum adiutorio Dei et quorundam militum Francorum. In illo veró prelio non ceciderunt de Christianis nisi triginta homines, de Sarracenis autem centum millia sunt prostrato. In cujus signum victoriae rex Arragonum misit Romam vexillum et lanceam Mummilini que usque adhuc in beati Petri basilica reservantur. (...)

⁸⁰⁷ Monje de Saint-Denis (m. 1300), donde llevó las cuentas del monasterio y el archivo (1289-1299), su crónica universal sigue a SIGEBERT DE GEMBLOUX y utiliza a SUGER DE SAINT-DENIS, RIGORD DE SAINT-DENIS, ROBERT D'AUXERRE, MARTIN DE OPAVA, el *Cronicón de Tours* y VINCENT DE BEAUVAIS, siendo original sólo para su época, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 636-637.

MCCXIII... (...) Simon de Monte-forti, qui contra albigenses hereticos apud Carcassonam relictus fuerat in castro quod Murellum dicitur non longe a Tholosa, à Comite tholosano Remundo, qui hereticos favebat, et rege Arragonum, qui in auxilio ejus convenerat, atque á Comite Fuxi obsessus, mirabile prelium perpetravit; nam cùm non haberet nisi ducentos et sexaginta milites, et quingentos satellites, equites, et peregrinos, pedites verò septingentos inermes, auditâ missâ de Spiritu sancto, et ejus gratiâ invocatâ, de castro exeuntes cum eis pugna verunt, et virtute divinâ facti septemdecim milia hostium et regem Arragonie occiderunt; porro de numero Simonis nonnisi octo die illo ceciderunt. Hic Simon, cùm esset in bellis strenuissimus et multum occupatus, tamen quotidie missam et omnes horas canonicas audiebat.

MCCXVI. Simon de Monte-forti, qui apud Carcassonam contra albigenses hereticos relictus a Francis fuerat, venit in Franciam adversus Arragones auxilium petiturus, a quibus propter necem Petri Arragonum regis assultus assiduos sustinebat; qui infra paucos dies centum viginti milites colligens de Francia revertens secum duxit.

· NORTE Y CENTRO

236. NICOLAS D'AMIENS, *Breve Chronicon* (h. 1204)⁸⁰⁸

Actuarium Nicolai Ambianensis, MGHSS, VI (1844), pp. 473-474, esp. p. 474.

1200. Eodem tempore [IV Cruzada] Innocentius armatus singulari zelo iustitie Philippum dictum regem Alemannorum et Arragone et Hispanie et Hungarie reges pro diversis excessibus excommunicatione aut interdicto condemnat. (...)

[1204] Innocentius principem Arragonensium inungit in regem.

237. ANALES DE SAINT-BÉNIGNE DE DIJON (564-h. 1215-1285)⁸⁰⁹

Annales Sancti Benigni Divionensis, MGHSS, V (1844), pp. 37-50, esp. p. 48.

1212. Vadit exercitus Christianorum in Hispaniam contra Sarracenos.

238. CANÓNIGO ANÓNIMO DE LAON, *Chronicon universale* (1-1219)⁸¹⁰

Anonyme de Laon. Chronicon universale, RHGF, XVIII (1879), pp. 703-720, esp. pp. 715-717; y ed. A. CARTELLIERI y W. STECHELE, *Chronicon universale anonymi Laudunensis von 1154 bis zum Schluss* (1219), Leipzig-París, 1909, pp. 65-66, 75-76, 81-83 y 85.

[1208 (1209)] Item, eodem anno, fit alia profectio multo plurium quam prius, tam nobilium quam ignobilium, contra hereticos in partes Albigensium commorantes debellandos. (...)

⁸⁰⁸ Discípulo (h. 1147-m. d. 1204) del maestro Gilbert de la Porrée y autor de un *Ars Catholicae Fidei* dedicado al Papa Clemente III, como historiador fue autor de una crónica universal en ocho libros que se inspira en Sigebert de Gembloux, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 2.208, p. 318; y HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 1.059-1.060.

⁸⁰⁹ Borgoña. Hasta 967 se inspiran en otros anales alemanes, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.358, p. 88.

⁸¹⁰ Obra de un canónigo de la orden premostratense de origen inglés, fue utilizada por el continuador de Robert d'Auxerre, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 2.209, p. 318.

[1212] Sequenti verè mense Julio, infra kal[endas] Augusti, potiti sunt Christiani in Hispania glorioso de paganis triumpho. Qualiter verò hec miraculosa victoria Christianis provenerit, inutile esset enarrare, cùm ex literis gloriosi Regis Hispanie Alfonsi ad Papam Innocentium III transmissis tutius belli eventus et veritas scire volentibus manifestetur. Significavit ergò quòd, cùm Rex Carthaginis sive «de Maroch» exercitum, ultrà quàm credi fassit, contra eum duxisset, et ipse Alfonsus contra Sarracenorum multitudinem illustres Reges Arragonensium et Navarre secum in auxilium haberet, quòd vix in omni exercito Christiano inventi sunt XXV homines aut ad plus XXX cecidisse, cùm ex parte adversa plus quàm centena millia ceciderunt paganorum. Scripsit etiam idem Rex quèd per triduum cum omnibus suis moram fecerit post bellum in castris paganorum, ubi ad omnia que conquenda erant non alià lignorum materià usi sunt Christiani quàm lanceis et sagittis paganorum, et ex illis in eorum usibus non plus quàm medietas est consumpta. Persequitur Rex dicens quòd, cùm propter longam moram in locis desertis eis victualia deficerent, tantam ibidem invenerunt tam laborum quàm armorum necnon et dextrationum et aliorum jumentorum copiam, ut, cùm singuli pro sua voluntate ex eis tulissent, plus reliquerunt pre abundantia quàm sumpsissent. Numerus Sarracenorum qui cum Rege Carthaginensi venerat CLXXX millia equitum; peditum verò non erat numerus, sicut ex relatione ipsorum qui capti fuerunt est compertum. Item, post dies aliquos capta est Ubeda, civitas Sarracenorum magna ac munita et fortis, ubi perierunt LX milia paganorum. Multis captis qui in obsequium Christianorum et monasteriorum erant in marcha reparanda. Hec scripsit predictus Rex. (...)

Eodem verò anno MCCXIII, pridie idus septembris, ferià quintà infra octavas Beate Marie, commissum est prelium apud Murellum, quod est castrum non longè ab urbe Tolosa, inter fideles et hereticos, in quo fideles victorià potiti sunt. Petrus itaque venerabilis Arragonensium Rex, qui ut sororio suo fieri in auxilium, Comiti scilicet Tolosano, advenerat, non quòd ipse hereticis faveret, sed, ut dictum, est, honorem sororii sui defenderet, in ipso prelio occubuit cum magna multitudine suorum; ex parte verò fidelium solus miles cum paucis aliis repertus est cecidisse. Simon verò Comes Leicestre et Montisfortis, dux et signifer christiani exercitus, fide et armis strenuus, suis quidem victoriam provenisse gaudebat; de morte verò illustris Regis Arragonie non modicum lamentabatur, sciens ob id maxima dispendia fidelibus fore ventura. Fuit autem Dominus cum fidei suo Comite Montisfortis, omnia eis opera dirigens, hereticos per manum eis exturbans et ferè Gothiam universam infra sex annos ei subjiciens.

239. ANALES DE SAINT-PIERRE DE JUMIÈGES (Natividad de San Juan-1220)⁸¹¹

Annales Gemmeticenses, ed. y trad. fr. J. LAPORTE, *Les annales de l'abbaye de Saint-Pierre de Jumièges. Chronique universelle des origines au XIIIe siècle*, Rouen, Imp. Lecerf, 1954, pp. 95-97 y 99; ed. fragmentaria *RHGF*, XIX (1880), pp. 255-256.

⁸¹¹ Dep. Seine Maritime, Normandía. Ligada a los anales monásticos normandos e ingleses, hasta 1204 es obra probablemente de un monje muy partidario de los Plantagenet que fue confidente o secretario del abad Roger. Luego intervino un segundo autor y más tarde un tercero, administrador y jurista, quizá el cillero Guillaume de la Londe. Partidario menos apasionado y más crítico de los Plantagenet, se interesa por los asuntos alemanes y sobre todo por las cruzadas contra los musulmanes en España y los herejes tolosanos, LAPORTE, *Les annales*, pp. 7-23, esp. pp. 10-14. Cit. MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.172, p. 53.

Multi in Anglia⁸¹² cruces in pectoribus acceperunt, pugnaturi contra Albigenos hereticos. M CC IX

Kalendis Januarii cepit gelu gravissimum et perseveravit usque per duos fere menses ita quod satio hyemalis ex magna parte impedita et periclitata est, et quod seminatum fuerat de frumento sic evanuit in multis locis, quod nec tantum colligi potuit quantum seminatum fuerat. Eodem anno contra Albigenos hereticos multi accipientes crucem in pectorem profecti sunt. Et Dominus papa Innocentius tale edictum promulgari fecit ut quicumque catholicus in exercitu illo contra Albigenos hereticos XL diebus moram fecisset, de omnibus peccatis suis quos confessos fideliter fuisset, immunis esset, facta videlicet commutatione pene a sacerdote iniuncte pro labore que in expugandis hereticis habuissent. Precesserunt predicatorum, episcopi, abbates et clerici; qui cum parum profecissent subsecuti sunt eos viri virtutis manu armata, comites, barones, viri illustres, clerici, milites et alii fideles, ex Alemania, Burgundia, Francia, Normannia et Anglia. Et electus est vir catholicus illustris, videlicet Symon, comes Montisfortis, tam fide quam armis egregius, qui tanto, presse exercitui, prout audivimus, dignus fuit. Capte sunt autem ab eis multe urbes et castella munitissima. Multis ex hereticis igni traditi sunt, multi penitentes et resipiscentes evaserunt. Et apud Rothomagnum et Parisius et in aliis locis quibusdam, quidam viri et femine deprehensi quia heretici essent, combusti sunt. (...)

M CC XII. Facta est commotio puerorum per totam fere Galliam a Windonico⁸¹³ castro, et deinceps per civitates et plurima castra et villas, vagantium et dicentium se Dominum querere; non potuerunt choiberi donec fame urgente ad propria remearunt. Eodem anno factum est in Hispania bellum Xpistianorum contra Saracenos et ducem eorum Mamelin. Venerant autem in auxilium Xpistianorum multi Francorum, Burgondiorum et Normannorum. Quod audientes Sarraceni, distulerunt bellum donec nunciatum est eis omnes fere recessisse, et tunc dux Sarracenorum Mamelin nunciavit se velle pugnare. Quod audientes abbas Cisterciensis et rex Navarie etceteri qui Deo erant fideles agressi sunt pugnare contra Sarracenos, a die dominica in festo Sancte Marie Magdalene usque in quartum diem. Videntes autem Sarraceni quod ventus vehemens a parte eorum obviam Xpistianis veniebat, miserunt ignem in fructa et arbores humiles sive herbas, ut Xpistianos fugere cogerent. Accenso autem igne, Deus in sua misericordia ventum mutavit, et a Xpistianorum contra Saracenos venire fecit. Tunc Sarraceni conturbati et dissoluti sunt, et dux eorum fugit, et ignis aggressus est, ipsos Sarracenos et eorum temptoria et vehicula in quibus se incluserant. Supervivientes autem Hispani Xpistiani, de ventibus eorum aurum quod glutierant abstrahabant. Pauci vero Franci, et ceteri peregrini qui remanserat, fugientes persequiebantur et interfiebant viros ac mulieres, nemini parcentes, usque dum Cordubam venirent. In redeundo autem periclitati sunt et egrotati propter fetorem cadaverum quia per aliam viam redire non poterant, nisi per quam prius ierant.

Epistola Blanche regine ad comitissam Campanie. [*«Documentos» n.º 1372*]

Sicut littere que Domine Blanche uxori Domini Ludovici regis Francie directe sunt testantur, in primo conflictu ceciderunt de Saracenis LX milia masculorum et V milia feminarum, sed et XX milia summariorum spicula deferentiam a nostris

⁸¹² Francia, según LAPORTE.

⁸¹³ Vendôme.

capta sunt et decenta et tentoria preciosissima CM, in quibus infinita pecunia inventa est, auri videlicet et argenti, quam Sarraceni in fugam conversi nostris relinquerunt. Unde contigit Domino nostros de spoliis illorum copiose ditari. Subsequentia istorum rumororum conveniunt cum prioribus.

M CC XIII. Rex Francorum Philippus proposuit ire in Angliam, eam sibi, adquirendam. Quod cum audisset rex Anglorum Johannes, pacem fecit cum Domino Papa, episcopos et monachos et barones quos expulserat revocavit, exercitum per maximum congregavit, naves habuit bene armatas MCC. Misit etiam servientes sibi contra Francos; qui pecuniam multam et naves multas et etiam quosdam captivos apud Dan⁸¹⁴ abstulerunt. Ideoque rex Philippus sine honore choactus est repatriare, et filium suum Ludovicum in expugnandam Flandriam remanere coegit. Eodem anno obiit Alenxander abbas Gemetici; cui successit Willelmus eiusdem ecclesie Prior.

Ipsa mense Augusto Simon comes Montis fortis et qui cum eo erant pauci catholici receperunt se in castellum quod dicitur Murelli, non longe ab urbe Tolosa. Quo audito rex Arragonie et exercitus Albigensium per maximum eos recipiendo impetu obsederunt et secus undique occluserunt. Igitur obsessis ullam panditur ad egressus. Initoque consilio destinant nuncios viros religiosos ad magnates exercitus exterioris, pacem petunt vel treugas sibi dari, castella restituere, dampna reserare captivos reddere et guerre cedere polliscentur. Quibus nichil proficientibus, dictus comes et sui unanimiter decreverunt in bello dominico malle mori si Dominus providisset quam inclusos famis miseria deperire. Facta ergo confessione ad alterutros, Domino se commendant, armantur, viriliter pugnaturi. Et vexillum Crucis dominice proferentes irruerunt in exercitum infidelem, alios ictu letifero sauciantes, alios trucidantes, alios in fuge dispendia convertentes. Inter quos occubuit in tentoriis suis rex Arragonie, vir magni nominis et omnibus deplorandus sed eius fidem corrumperant consortia pravitatis. Sic ergo victores non solum victorum spoliis locupletati sed a mortis instancia liberati, Deo liberatori suo gratias impenderunt.

240. *CRÓNICA o ANALES DE SAINT-AUBIN DE ANGERS (768-1220)*⁸¹⁵

Ed. P. MARCHEGAY y E. MABILLE, *Chroniques des Églises d'Anjou*, «Société de l'Histoire de France», París, 1869, pp. 19-61, esp. p. 58; ed. HALPHEN, *Recueil d'Annales Angevines et Vendômoises*, pp. 17-24, esp. p. 24 (codex A); y *Addensa chronica Aundegavensi sancti Albini, RHGF*, XVIII (1879), pp. 327-328, esp. p. 327.

MCCIX. - Dominus Innocentius papa misit duodecim abbates Cisterciensis ordinis predicare hereticis Albigensibus; qui incedentes pedites et predicantes non potuerunt eos convertere.

MCCX. - Franci et alii innumeri populi cruce signantur in pectore contra Albigenses vadunt, capiunt Carcasonam et alias civitates et castella miraculose, facientes immanissimam stragem hereticorum et catholicorum, quos non poterant discernere.

⁸¹⁴ Damme.

⁸¹⁵ Abadía de Anjou, cit. MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.282, pp. 71-72.

MCCXII. - Eunt cruce signati in Hispaniam contra Sarracenos qui ceperant terram usque Tholetum. Recuperant Christiani Calatrave et multa alia castra capiunt. Míremummelinus victus fuit in bello et fugit⁸¹⁶.

241. CRONICÓN BREVE DE SAINT-MARTIN DE TOURS (0-1220-1224-1227)⁸¹⁷

Ex brevi chronico Turonensi, RHGF, XVIII (1879), pp. 290-322, esp. p. 321.

MCCXII, Miramomelin Rex Sarracenorum à Christianis vincitur...

242. BERNART ITIER, Chronicon (Creación-1225)⁸¹⁸

Ed. H. DUPLES-AGIER, *Chroniques de Saint-Martial de Limoges*, «Société de l'Histoire de France», París, 1874, pp. 28-129, esp. pp. 74, 83, 84 y 90; *RHGF, XVIII (1879)*, pp. 223-238, esp. pp. 229-230 y 232; ed. fragmentaria J.L. LEMAÎTRE, «Le combat pour Dieu et les croisades dans les notes de Bernard Itier, moine de Saint-Martial de Limoges (1163-1225)», *VV.AA., «Militia Christi e Crociata nei secoli XI-XIII». XIª Settimana Internazionale di Studi Medievali*, Milán, Univ. Catholica del Sacro Cuore, 1992, pp. 729-751, esp. pp. 743-745 y 749; y LEMAÎTRE, J.L., *Chronique de Bernart Itier*, París, 1998.

Anno gracie M.º CC.º VIII.º ab Incarnatione (...) et obiit Petrus de Chastenou, lancea percussus inter hereticos; erat legatus apostolice sedis et honeste vite, et miracula similiter facit, apud Sanctum Egidium tumultatus.

Anno gracie M.º CC.º IX.º (...) civitas de Beders vastatur; XXXVIII millia homines in ea trucidantur propter hereticos, et ipse dominus civitatis, in festo Marie Magdalene, a IIIº usque ad vespas. (...)

Anno gracie M.º CC.º X.º (...) Et facta est mortalitas de hereticis in pago Narbonensis, et capta municipia ferme octoginta. (...)

Anno gracie M.º CC.º XI.º (...) In crastino auditum est quod Franci occiderunt comitem Sancti Egidii, utpote hereticum. [*en nota al margen del autor: Hoc falsum fuit*]⁸¹⁹

Lavaur capitur et plus quam XX millia hominum trucidantur.

(...) Innumerabilis multitudo Sarracenorum in Hispania venit, Christianitatem fugare et opprimare. (...)

⁸¹⁶ Anno MCCXII, eunt cruce signati in Hispaniam contra Sarracenos qui ceperant terram usque Tholetum; recuperant Christiani «Calatrave» et multa alia castra capiunt. Míromummelinus victus fuit in bello, et fugit, *RHGF, XVIII (1879)*, p. 327.

⁸¹⁷ Obra inspirada en la crónica de Robert d'Auxerre, a la que interpola y continúa, la parte final es una de las mejores para conocer el reinado de Luis VIII, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.515, pp. 87-88.

⁸¹⁸ Monje de Sant Marsal de Limotges (1163-1225), en el que ingresó en 1177, siendo sacerdote en 1189 y *armarius* entre 1199 y 1214. Encargado de la biblioteca, su obra es extremadamente útil e interesante para la época, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.477, p. 109; DUPLES-AGIER, pp. x-xlviii; LEMAÎTRE, «Le combat pour Dieu et les croisades», pp. 729-751; y LEMAÎTRE, *Chronique de Bernart Itier*, París, 1998.

⁸¹⁹ Se trata de un rumor que el propio Bernart Itier desmiente.

Anno gracie M.^o CC.^o XXII.^o (...) plusquam CCC homines de castro Lemovicesi pergunt ad Hispanias, et IIII ex monachis nostris contra Sarracenos, et alii IIII^{or} (...)

Post festum Sancti Martialis, pergit exercitus Hispanie ad obsidionem Sibilie, et ceperunt Calatrava et Salvaterra, et tres alias.

Simon de Montfort cepit Pena d'Agenes, e Biron, e Chastenou, e Moichac.⁸²⁰ (...)

Simon de Montfort occidit pugnando Regem Arragonensem Petrum et alios multos, mense septembri.

243. *CRONICÓN DE MORTEMER (1113-1235)*⁸²¹

Chronicon monasterii Mortui Maris, RHGF, XVIII (1879), pp. 354-357, esp. p. 355; y MGHSS, VI (1844), pp. 43-469, esp. p. 467.

MCCXII, in Hispaniis Christiani cum paganis pugnant, et potiti victoriâ, multos perimunt Sarracenos, et reliquos ad fugam compellunt. (...)

MCCXIII, in Provincia juxta castrum quod Murellum dicitur, gestum est bellum eternâ memoriâ dignum. Cúm Comes Simon de Monteforti, multas hereticorum strages faciens, plures Provincie urbes et oppida sibi sunjugasset, Rex Arragonum, Comes Tolosanus, Comes Convenarum, Comes Fuxensis, collectio exercito copioso, supradictum castrum obsederunt, erectisque machinis oppugnare ceperunt. Rex verò Comiti Simoni innotuit: qui mox, paucis admodum viris collectis, Regi Arragonum audacter occurrit, legionibusque dispositis, conserta est pugna pridie idus septembris, in qua Rex Arragonum cum pluribus de suo exercitu occubuit, reliqui verò fugâ elapsi sunt et confusi ad propria remearunt. De sociis autem Comiti Simonis unus tantum miles cum paucis clientibus in illo conflictu cecidit. A diebus Jude Machabei usque in presentem diem, tantam multitudinem tam mirabilem à paucissimis tam mirabiliter victam, cesam atque fugatam, nunquam et nusquam legimus.

244. *CRÓNICA DE MONT SAINT-MICHEL o BREVIS CHRONICON DUCUM NORMANNIE (1211-1239)*⁸²²

Anonymi continuatio de appendici Roberti de Monte, RHGF, XVIII (1879), pp. 334-343-348, esp. p. 344.

Ipsa anno [1213], mense augusto, Simon Comes Montisfortis et qui cum eo erant pauci catholici, receperant se in castello quod dicitur *Mureaus*, non longe ab urbe Tolosa. Quo audito, Rex Arragonum et exercitus Albigensium per maximus eos repentino impetu obsederunt et intús undique concluserunt. Igitur obsessis

⁸²⁰ Y añade: *Domnus Albericus, Remensis archiepiscopus, remeans de obsidione de Moichac, ubi nepos ipsius occisus fuit, missam privatam celebravit in sepulcro de apostolo Marciale, et diximus prosam « Exultemus », et fuit in capitulo, ubi fecit sermonem de apostolo satis diserte, et commendas se nostris orationibus apud Grandimontem perexcit.*

⁸²¹ Mortemer-en-Lyon (Dep. Eure). Abadía normanda fundada en 1130 y afiliada a Cîteaux en 1137, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.210, p. 59 y 2.206, p. 318.

⁸²² Crónica corta de los duques de Normandía (1087-1239), extraída en parte del *Appendix ad Sigebertum* de ROBERT DU MONT o DE TORIGNY (m. 1186), MOLINIER, *Sources*, II, n.º 2.205, pp. 317-318.

nulla via panditur ad egressum. Inito itaque consilio, destinavit nuncios suos viros religiosos ad magnates exercitûs exterioris; pacem petivit, vel treguas sibi dari: castella restituere, damna resarcire, et guerre cedere pollicentur. Quibus nihil proficientibus, dictus Comes et sui unanimiter decreverunt en bello Dominico malle mori, si Dominus [*volerit*], quàm inclusos famis miserîâ deperire. Factâ autem confessione ad alterutrum, Domino se commendant, armantur, viriliter pugnatur; et vexilla Crucis Dominice preferentes, irruunt in exercitum infidelium, alios ictu lethifero sauciantes, alios trucidantes, alios in fuge dispendia convertentes: inter quos occubuit in tentoriis Rex Arragonum, vir magni nominis et omnibus deplorandus; sed eius fidem corruperant consortia pravitatis. Sic ergo victores, non solum victorum spoliis locupletati, sed à mortis instantia liberati, Liberatori gratias impenderunt.

245. CRONICON o ANALES DE SAINT-MÉDARD DE SOISSONS (497-1269)⁸²³

Chronicon Sancti Medardi Suessionensis, RHGF, XVIII (1789), pp. 720-722, esp. p. 721.

MCCXIII, bellum fuit apud castrum de Muriaus, in quo Rex Arragonensis occisus est, et multa alia millia Arragonensium, Albigensium, Tolosensium, cum principibus suis, à Simone Comite Montisfortis et à paucissimis Francis occisi, capti et fugati sunt ita miserabiliter ut vix credi potuisset.

246. CRONICÓN BREVE DE PAIMPONT (1154-1305)⁸²⁴

Chronicon breve quod videtur fuisse abbatiae Panispontis aut Montfortensis, ed. G. A. LOBINAU, *Histoire de Bretagne*, 2 vols., París, F. Muguet, 1707, II, cols. 368-369, esp. col. 369; RHGF, XVIII (1879), pp. 331-332, esp. p. 332.

MCXIII, Simon Comes Montisforti pugnavit contra Regem Aragonum, et eum interfecit.

247. ANALES DE VENDÔME (678-1347)⁸²⁵

Annales Vendocinenses, ed. L. HALPHEN, *Recueil d'Annales Angevines et Vendômoises*, París, Alphonse Picard et fils, 1903, pp. 50-79, esp. p. 75.

Hoc anno super paganos in Hispania.

248. CRONICÓN DE ROUEN (1-1282-1343-1338)⁸²⁶

Chronicon Rotomagense, RHGF, XVIII (1879), pp. 357-362, esp. p. 360.

MCCXII, in Hispaniis christianis cum paganis pugnant, et, potiti victoria, multos perierunt Sarracenos, et reliquos ad fugam compellunt.

[*El relato de la batalla de Muret es el mismo texto que el de la «Crónica de Mortemer»*]

⁸²³ Quizá obra de Gobert de Coincy, gran prior de Saint-Médard (Île-de-France) y pariente del poeta Gauthier de Coincy (1177-1236), monje y prior claustral en el mismo cenobio, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.082, p. 34.

⁸²⁴ Abadía bretona, cit. MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.262, p. 68.

⁸²⁵ Anales de la abadía de la Trinité de Vendôme, redactados por varias manos y varios continuadores entre 1075 y 1347 (*Ibidem*, pp. xxv-xxxi)

⁸²⁶ Cronicón normando cuya primera redacción parece de finales del s. XI, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.151, p. 50.

249. CRÓNICA DE SANT MARSAL DE LIMOTGES (h. 1276)⁸²⁷

BNF, ms. lat. 11.109, fol. 103; *RHGF*, XVIII (1879), pp. 238-241, esp. p. 239; cit. LEMAÎTRE, «Le combat pour Dieu et les croisades dans les notes de Bernard Itier», p. 746, n. 55.

Rex Aragonensis occiditur.

250. CRONICÓN DE DÉOLS (917-1345-1550)⁸²⁸

Ex chronico Dolensis coenobii, *RHGF*, XVIII (1879), p. 246.

Anno MCCX (...) Hoc anno Rex Sarracenorum ivit in Hispaniam cum innumera multitudo paganorum, et cepit devastare et occidere populum christianum. Quapropter Christiani congregati ex diversis partibus, scilicet XIV millia hominum, perrexerunt contra eos et occiderunt ex eis LX millia, et de mulieribus XV milli, uno die...

251. CRONICÓN DE SAINTE-TRINITÉ DE SAVIGNY (1112-1378)⁸²⁹

Ex chronico Savigniacensis monasterii, *RHGF*, XVIII (1879), pp. 350-352, esp. p. 351.

MCCXII (...) Commissum est prelium gravissimum inter Christianos et Sarracenos in Hispania: sed operante Christo, à paucis Christianis multi pagani superati sunt; et, quod memoriâ dignissimum est, in eodem prelio Dominus noster cuidam militi manifestè apparuisse asseritur.

252. CONTINUADOR ANÓNIMO DE ROBERT D'AUXERRE, *Chronologia* (h. 1220)⁸³⁰

Ex Chronologia Roberti Altissiodorensis Praemonstratensis ad S. Marianum canonici, *RHGF*, XVIII (1879), pp. 248-290, esp. pp. 280 y 282; y *Roberti canonici S. Mariani Autissiodorensis Chronicon. Continuatio II*, *MGHSS*, XXVI (1882), pp. 226-287, esp. pp. 278 y 280-281.

Anno Domini 1212, mense Iulio habita est in Hyspania miraculosa victoria de paganis. Convenerat enim cum Carthaginis multitudo maxima paganorum adversum regem Castelle Alphunsum, qui illustres reges Arragonum scilicet et Navarre, in auxilium secum habens, totam illam Sarracenorum multitudinem in virtute

⁸²⁷ Atribuida a Pèire Coral, abad de Sant Marsal entre 1247-1276. Véase LEMAÎTRE, J.L., *Chronique de Bernart Itier*, París, 1998.

⁸²⁸ Cronicón del monasterio de Déols (Dep. Indre), *Repertorium*, III, p. 322.

⁸²⁹ Abadía normanda, cit. MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.224, p. 61.

⁸³⁰ Robert d'Auxerre (1156-1212), premostratense y canónigo de la abadía de Saint-Marien d'Auxerre, escribió una crónica universal que se considera una de las mejores de la Edad Media por su riqueza, precisión cronológica y espíritu crítico. Elaborada a petición del abad Milon de Trainel (1156-1202), llega hasta el año 1211 y fue continuada por otro religioso del mismo monasterio hasta 1220, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 1.275-1.276; NEEL, C.L., «Man's Restoration: Robert d'Auxerre and the Writing of History in the Early Thirteenth Century», *Traditio*, 44 (1988), pp. 253-274; y el detallado análisis de CAVAZZOCCA-MAZZANTI, K., «La Croisade Albigeoise vue par Robert de Saint-Marien d'Auxerre», *La Croisade Albigeoise. Colloque de Carcassonne, Centre d'Études Cathares, Carcassonne - octobre 2002*, Balma, CEC, 2004, pp. 55-69.

christiane fidei desconfecit. Significavit ergo per litteras eisdem Alphunsus domino Innocentio pape belli tocius eventum et victore vertitatum, asserens⁸³¹, quod vix inventi sunt cecidisse viginti quinque homines aut de plus triginta de exercitu christiano, cum ex parte adversa ceciderint plus quam centum milia paganorum. Asservit etiam idem rex, quod, cum post bellum in castris gentilium moraretur cum suis, ad omnia que cognenda erant non aliis lignis, usi sunt christiani quam saggitis tantum et lanceis paganorum, et earem in illis usibus non plus quam medietas et consumpta. Cumque exercitus Dei in victualibus et aliis fere deficeret propter longam moram factam in locis desertis, ibidem tantam invenerunt ciborum, armorum, dextrariorum et aliorum inmentorum copiam, quod accipientes singuli pro sua ex his omnibus voluntate, plus relinquerunt ex magna habundantia quam ceperunt. Fuerat enim numerus Sarracenorum, qui venerant in prelium, centum octoginta quinque milia equitum, peditum vero non erat numerus, prout ex vera relatione ipsorum qui capti fuerant et compertum. Post paucos dies in captione Ybede, que est civitas magna munita et fortis perierunt 60 milia paganorum, quorum quidam occisi sunt, quidam vivi reterti in obsequium christianorum et monasterium que fuerant in Marchia reparanda. (...)

Porro pridie Idus Septembris sequentis, feria scilicet quinta infra octabas natiuitatis beate Marie, commissum est bellum inter hereticos et fideles apud Murellum, quod est castrum non longe a civitate Tholosa. Faverant autem Tholosani hereticis, habentes secum Petrum regem Arragonum, qui venerat in adiutorium sororii sui, scilicet comitis[se] Tholosani. Displicuit igitur Domino via eius, eo quod hereticis puberet auxilium et eorum protectori amicitia umgeretur. Unde cum in ipso conflictu bellico multi hereticorum accumberent, et ipse occubuit inter multos; et cum eorum qui ex parte infidelium ceciderunt multitudo fuerit magna valde, ex parte fidelium unus tantum miles repertus est cum paucis aliis cecidisse.

Anno Domini 1216. Venit circa Kal[endas] Maii Parisius vir illustris Symon comes Montis-fortis, qui infra octo anno ita favente Domino prevaluerat adversus hereticos in provincia Narbonensi, ut, debellatis illis, ipse se scriberet in litteris suis vicecomitatem Carcassone et Biterris et duces etiam Narbonensis. Veniens vero per singulas civitates vel castella cum mira devocione tam cleri quam populi necnon et sollempni processione susceptus est. Venit autem contra Arragones auxilium petiturus, a quibus propter necem Petri regis Arragonum graves sustinebat insultus. Venit etiam de re hereditaria ac familiari disponere, pro eo quod in fata concesserat Amicia, mater sua.

[1216, septiembre] Circa dies illos venit in Franciam uxor illustris comitis Symonis Montis-fortis contra hereticos auxilium petitura. Ita enim artaverant virum suum comes Tholosanus et ultores mortis regis Arragonum, qui in manu valida venerant contra eum, ut, perditis quibusdam castris cum ipsa urbe Tholosa, quam potenter possederat, vix spem haberet de reliquo detinendo, nisi succursus ei celeriter prestaretur.

⁸³¹ *Carta de Alfonso VIII al Papa Inocencio III*, «Documentos», n.º 1368.

253. AUBRI DE TROIS-FONTAINES, *Chronicon* (h. 1241)⁸³²

MGHSS, XXIII (1874), pp. 674-950, esp. pp. 894-895 y 897-898; y *Ex chronico Alberici Trium-Fontium monachi*, RHGF, XVIII (1879), pp. 744-796, esp. pp. 779-780 y 782.

Ex historia regum: Anno eodem expeditionis infantium rex Sarracenorum in Hispania, qui dicebatur Mammelinus, agressus fines hispaniensium christianorum et locutus est in magna superbia contra christicolos et optulit eis bellum. Qui pugnaverunt contra eum fide et in nomine Iesu Christi et vicerunt eum et fere omnes qui cum eo erant occiderunt. Ipse autem victus et confusus et fere solus ad propria rediit. Huic bello interfuerunt multi, boni et fortes viri de regno Francorum et petitionem regis Alfunsii, qui dictus est rex parvus, pater regine Blanche, et rex Aragonum, miles probissimus, in perpetuum representat. Qualiter per ordinem factum fuerit sequuntur. Bellum istud Hispaniam indixerat Sarracenis et super se receperat Henricus filius regis parvi, novus eo tempore miles, sed mortuus fuit, Deo vocante se, ante diem illum belli; unde pater eius laudabiliter devotionem filii prosecutus est et efficaciter. Hac bellum triumphale precessit 13. kalendas Iunii dominica die tale signum, luna 15, quod ea die cum fierent letanie et preces in Francia pro christianis, qui pugnaturi erant in Hispania, visus est sol circa horam nonam in antea salie et reverti et nunc esse rubeus, nunc hiacinthinus; non fuit eclipsis solis, ut pote luna plena, sed lune potius eclipsis poterat dici, si de nocte occurrisset. Et ea quidem die inducius dando et accipiendo protelabant eventum suum usque ad repatriationem Francorum. Moventes igitur de Toleto, primo ceperunt terram de Malagon, deinde venerunt Kalatrave et istud castrum fortissimum similiter ceperunt, quod fratribus militibus ordinis de Kalatrave reddiderunt. Franci quidem castrum istud ceperunt, et ita miraculose fregerunt, quod presbiter quidam primus omnium cum corpore Domini intravit et plus quam 60 sagittas excepit in alba, quas indutus erat, nec tamen fuit lesus. Nocte bellum dirimente venerunt primi de consilio Sarracenorum ad regem parvum occulte rogantes, ut vita eis concessa in camissis ea nocte nescientibus, Francis sineret eos abire. Et ipsi tradebant ei castrum cum omni sua supellectile et victualibus et armis et thesauris, quod rex concessit; et in castro suos collocavit. Hoc com die sequenti perceperunt Franci, archiepiscopus Berdegalsensis et episcopus Nannetensis indignati repatriaverunt, et quidam ex eis per Sanctum Iacobum diverterunt. Archiepiscopus Narbonensis remansit ad tempus cum Theobaldo de Belzon et eius sociis; tres vero reges, de Castella, Arragone et de Navarreis, et domicellus Portugalie⁸³³ venerunt et ceperunt castrum Alarchos et alia tria, Cathaconia, Beneventum et Petrambonam. Inde venerunt ad Salvam Terram, quam non expugnaverunt, inde ad castrum Ferrat ad pedem montis; ibi vir quidam silvestris ex parte Dei missus –ut dicebat– venit ad

⁸³² Monje de la abadía cisterciense de Trois-Fontaines (Dep. Marne), en palabras de SCHMIDT-CHAZAN «n'est certainement pas un Français, mais un natif de l'Empire», ya que escribe para franceses sin olvidar sus raíces germánicas. Su importante crónica universal, inacabada en 1241, destaca por la diversidad de fuentes, la amplitud de miras y la calidad del relato. Se trata de una historia monástica fruto de un trabajo de equipo, pues seguramente envió colaboradores a visitar bibliotecas y copiar textos en el entorno de Champaña, Borgoña y Renania. Aunque trata de toda Europa, conoce muy bien los asuntos imperiales y concede gran importancia a las crónicas francesas, SCHMIDT-CHAZAN, M., «Aubri de Trois-Fontaines, un historien entre la France et l'Empire», *Annales de l'Est*, 36 (1984), pp. 163-192; HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 110-111; también MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.521, pp. 90-92.

⁸³³ Debe referirse a Sancho Fernández, hijo del rey de León.

eos corio cervino, non tamato vestitus et calceatus, occurrens eis cum iam desperarent de transitu montis, et ipsos per viam inviam mirabiliter conduxit die sabbati 13 kalendas Augusti, cum haberet mons ille leugas duas in ascensu, leugam autem et dimidiam in descensu; et fuit vir ille inter eos per die duos et dimidium. Cum essent ergo ultra montem locati et aquam nisi haberent, accepit vir ille fossorium et cepit fodere et dixit, ut ante omnia tentoria sua ita facerent, quod cum ita fieret aquam habuerunt miraculose satis et abundanter. Sarraceni quidem, qui propter metium Francorum huc usque pugnare nolebant, post recessum eorum statim regibus bellum indixerunt, reges tamen die dominica pugnare noluerunt. Unde feria secunda fuit ibi bellum maximum, et prima scara⁸³⁴ nostrorum fuit contrita; in secunda scara cum deficerent Templarii et milites ordinis de Kalatrave, tandem necessitate et periculo imminente vexillum beate Marie de Rochemador miraculose ibi transmissum et huc usque plicatum, tunc primum elevatum est et extensum, et omnibus ostensum flectentibus genua per ciratum, et statim salus a Deo et gloriosa Virgine Maria de Rochemador facta est. Hoc vexillum regi parvo beata Virgo transmisit hoc modo: Erat de Rochemador sacrista religiosus, cui per tria sabbata apparuit beata Virgo tenens illud vexillum in manu sua plicatum, precipiens et dicens, ut illud ex parte sua deferret regi a parvo in Hispanias contra Sarracenos pugnaturus. Sacrista persone sue exignitatem excusante et dicente, quod nemo sibi crederet, accepit signum sul mortis in diem tertium, ita quod prior suus ad impletum mandatum; et eidem mandato fuit annexum, ne aliquis omnino vexillum illud deplicaret usque ad diem belli et in ipsa die ad necessitatem magis urgentem; et ita monacho illo mortuo postquam ista patefecit in capitulo prior suus de Rochemador executus est mandatum et bello interfuit. Erat in dicto vexillo beate Marie imago tenens infantulum et habebat ad pedes illud signum quod rex Castelle, qui dicitur rex parvus, solet in proprio vexillo habere. Postquam igitur rex Carthaginis Nove, qui dicitur de Maroch, cepit fugere, fugerunt et alii. Advenerant ibi milites Sarracenorum 185.000, equites vero 925.000, peditum non fuit numerus; ceciderunt de illis 100.000, de christianis quidem iam plures ceciderant, sed post demonstrationem vexilli vix 30 homines ceciderunt. Per biduum non combusserunt nostri ad omnia, qui coxerunt et quibus usi sunt, nisi lanceas et sagittas et vix medietas potuit conburi. Inde venerunt ad duas civitates Biaciam et Ubedam, que erat de maioribus post Cordubam et Sibiliam. Has captas destruxerunt, quia non habeant populos, quibus possent eas replere, et similiter ibi 60.000 Sarracenorum perierunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Sed dum hec aguntur rex Legionensis, qui dicitur rex Gallicie, vastabat terram regis Castelle. (...)

Ex historia regis: Eodem anno mense Septembri commisiuum fuit mirabile bellum, quando rex Arrogonensis, comes Tolosanus, qui dicebatur comes Sancti Egidii, comes Fuexensis et alii infiniti obsederunt comitem Montisfortis in castro quod Murellum vocatur; ille autem cum non haberet nisi 220 milites et circiter 500 satellites equites et peregrinos pedites fere 700 inermes, missa audita, gratia sancti Spiritus invocata data a septem episcopis qui aderant et ab universo clero excommunicationis sententia in hostes, –ipse enim comes supplicavit episcopis et clero, ut eos prius percuterent gladio Domini– exierunt de castro et pugnaverunt cum eis et ipsum regem Arrogonum non sine dolore utriusque exercitu occiderunt et de exercitu illo 17.000 percusserunt, et divina eos protegente gratia, de omni numero suo non perdiderunt die illo nisi octo tantum peregrinos; nec fuit a longis retro temporibus auditum bellum, quod maiori miraculo debeat ascribi. Iste comes

⁸³⁴ scala.

Simon propter virtutem admirabilem patria ecclesie triumphantis. De rege Petro Arrogonum dicitur, quod non sine dolore utriusque exercitus occubuit, quia multa prelia egerat in fide catholica. Et quia Tolosanus duxerat unam eius sororem⁸³⁵ et filius eius altera⁸³⁶, id circo in illorum parte inventus est, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea; tamen factus fuerat vassallus domini pape et habebat privilegium, quod sine speciali mandato domini pape a nullo poterat excommunicari, et id circo christianam sepulturam optinuit. Tertia vero soror illius dicta est Constantia regina Hungarie et imperatrix Alemannie, uxor scilicet Frederici II cui peperit Henricum Alemannie regem, et unus frater eius dictus est Sanctius⁸³⁷, et alius dictus est Fernandus. De isto Sanctio, qui neptem duxit Comitis de Fontecalcarie, natus est Raimundus Berengarius, cujus filiam nomine Margaretam duxit Ludovicus Rex Francorum uxorem. Uxor quoque eisdem Regis dicta est Maria, Guillelmi de Montepessulano filia, de qua natus est Rex Jacobus Arragonie, qui e[st] Montepessulani dominus. Comes autem Montisfortis pro terra de Bedieres jam fecerat hominum eidem Regi Arragonensi. In predicto quoque certamine frater Tolosani Balduinus pro catholicis optime se probavit. Post mortem vero Regis, bene quindecim millia de Tolosani fuerunt occisi, et Comes Simon dedit Balduino quicquid acquisitum erat in diocesi Cadurcensi.

254. JOHN OF GARLAND/JEAN DE GARLANDE, *De triumphis Ecclesie libri octo* (1248-1252)⁸³⁸

BNF, ms. 1.225 (Nouvelles acquisitions); ms. defectuoso del Museo Británico, ed. T. WRIGHT, «Roxburgh Club», 73, Londres, 1856, lib. IV, pp. 80-82; ref. HAURÉAU, B., «Notice sur les oeuvres authentiques ou supposées de Jean de Garlande», *Notices et extraits des mss. de la BN*, 27-2 (1879), pp. 1-86, esp. pp. 70-73.

Impia magnates injuste bella moventes,
Ad styga quum cadunt, agmina multa trahunt.
Heu! quia tot pereunt, hec est elegia summa,
Nulla dies miseros quod revocare potest.
Tempore iudicii surgent, sed iudice viso
Tantum damnadis pro styge terror erit.
Tholose princeps Aragonica regna movebat,
Regis et auxilium fecit adesse ibi.
Cur? quia cognatum comitis necuere Rogerum
Damna, pudor, carcer, ira, dieta, dolor.
Castro Murelli Simon circumdatur, illic
Divinam supplex turmula poscit opem.
Quisquis in aurora suscepto corpore Christi
Post missam firmus induit arma sua.
Pars exit simulando fugam, pars se tenet intus;

⁸³⁵ Leonor.

⁸³⁶ Sancha.

⁸³⁷ Se trata de Alfonso.

⁸³⁸ Intelectual inglés (h. 1195-1272), estudio en Oxford y fue maestro de las Universidades de París y Tolosa, desarrollando una fecunda actividad literaria, LE CLERC, V., «Jean de Garlande», *Histoire Littéraire*, XXII, pp. 77-103; MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.436, p. 67; y HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 779-780.

Exclusis vera creditur esse fuga.
Clamant exclusi: «Nunc, nunc properate, recedunt
Hostes, post tergum sentiat arma fugax.»
Dimisso campo, post hostem curriter, et rex
Aragonum solus pene resistit ibi.
Symon cum paucis audax ad bella retentis
Exit, et invadit regia castra suis,
Pugnat ibi virtus altissima, non tuba clangit,
Non strepisat fastus, non vaga pompa volat.
Et tamen fastus regis descendit, et alta
Pompa cadit fastu rege cadente suo.
Est necis incertus auctor, sed clamor in astra
Tollitur, «occiso rege parate fugam.»
Qui finxere fugam conversa fronte relidunt
Hostes, et mactant hos, aliosque fugant.
Conveniunt partes, Symon conformis Achilli,
Quos agitat campis, fluminis urget aquis;
Xancto Pelides, Ysmeno flumine pugnat
Ypomedon, valido vivit uterque viro.
Hic infinitos equites vicere trecenti,
Cede fluunt fosse, sanguine rura natant.
Stant campis vacua tentoria, cornipedesque
Discurrunt, prede purpura vasa patent,
Nunc ad aquas, nunc ad campos, discursus habetur,
Est in aquis, campis, nulla recepta salus.
Expuit hos er, aqua devorat, ignis abhorret,
Detestatur humus, que meruere mala.
Polluerant elementa Dei, quos ipsa recpetant,
Et simul ejiciunt, dantque negantque locum.
Quippe Creatoris in virgine mira negantes,
Spreta lege, suum diminuere decus.
Sunt de Tholosa tibi milia quinque necata
Corpora, sed reliqua non numerare licet.
Tholosam veniunt sine nave cadavera, cursu
Fluminis, et tollunt corpora densa nutus.
He plangunt patres, he natos, heque maritos,
He fratres; sulcant ungue rigente genas,
Crines avellunt, et planctibus ethera pulsant,
Cum pueris damnant bella cruenta senes.
Sed non hereticum virus pepulere dolore
Tanto, sed quidam crebrius arma gerunt.
Quidam diffugiunt justi, quidamque morantur
Inviti, quosdam detinet urbis amor.
Rex jacet extorris, solus, disertus, inermis,
Nudus, vulneribus plenus, honore carens.
Tholose positus tandem transfertur ad oras
Aragonum, papa patre favente patrum,
Qui formidavit quondam Kartaginis alte
Rex victus, sancte dans sua terga cruci,
Quando cruentatis Libicos Hispania campis
Vicit, et afflictus marte tyrannus erat.

Hic stabulum foedis pedibus promisit equorum
Ecclesiam sanctam, martia Roma, tuam.
Qui strator quondam fuerat, modo stratus habetur,
Aragonum ducunt sic qui fata ducem.
Strati successor Majorica moenia cepit,
Et Sarracenos, eraque, marmor, erbur.
Aragones dominos ut fertilis insula sensit,
Victor adoratus est crucifixis ibi.
Hoc est exemplum victor sub nomine Christi,
Quisquis erit contra victus, inermis erit.
Pauperis in specie Remundus ab aggere campi
Effugit, et Symon alta trophea gerit.
Non tamen hiis damnis timuit Tholosa cruentas
Victori vires opposuisse suas;
Donec in adventu Ludovici moenia fracta
Descendunt, pacis conditione tamen.

255. HUMBERT DE ROMANS, *Legenda Sancti Dominici* (h. 1254)⁸³⁹

Ed. A. WALZ, *MOPH*, 16, Monumenta Historica, S.P.N. Dominici, 2 Roma, 1935, pp. 364-433, esp. p. 412, n.º 56.

Qualiter previdit mortem regis Aragonum.

Sane demoratus est vir Dei apud Carcassonam in domo episcopi per unam quadragesimam, predicationi insistens, ubi etiam vices episcopi tunc temporis existentis in Francia ab eodem sibi comissas in spiritualibus exercebat. Cum autem in diebus illis guerram multum increceret inter dominum Simonem comitem Montisfortis pro parte ecclesie et comitem Tolosanum, comesque Tolosanus multum inciperet adversus ecclesiam prevalere, conversus quidam Cisterciensis ordinis, vir religiosus ibidem existens, dolens quamplurimum super his et ad virum Dei Dominicum quadam die sic affectus accedens: «Magister, inquit, Dominice, numquamne finem habitura sunt ista mala?» Cumque vir Dei reticeret illeque importunius ageret, non ignorans quod ei multa dominus revelaret, tandem presente fratre Stephano Metensi, socio suo tunc temporis, cuius etiam hoc frequenti relatione vulgatum est: «Finem, ait, certe habebit istorum Tolosanorum malitia. Finem habebit, longe tamen est finis. Multorum sanguis interim effundetur, et unus rex in huius guerre certamine interemptus occumbet». Illis autem timentibus, ne hoc de rege Francie, qui tunc de novo assumpserat negotium Albigense deberet intelligi: «Ne timeatis, inquit, de rege Francie. Alius rex erit et cito erit, cuius vitam presentis guerre varietas intercidet». Sequenti igitur anno rex Aragonum, iuvans partem comitis Tolosani, in prelio occiditur.

⁸³⁹ Dominico (h. 1200-1277), estudió y fue maestro en París, lector y prior del convento de Lyon, provincial de Francia, cardenal y maestro general del capítulo de Buda (Hungria) en 1254-1263. Retirado en Lyon, se consagró a una importante actividad literaria, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 699-702.

256. RICHER DE SENONES, *Gesta Senoniensis ecclesiae* (720-h. 1264)⁸⁴⁰

Chronici Senoniensis, pub. ACHERY, *Spicilegium*, II, pp. 603-655, lib. III, cap. XII, p. 625.

CAPUT XII. *Quod filia ipsius Regi Philippi Regi Hispanie fuit nupta: Et de acquisitione civitatis et patrie Cordube.*

Post non multum vero temporis spatium Nuntii Regis Hispanie postulaverunt Regis Philippi filiam Domino suo dari in uxorem, quod et factum est. Rex vero Hispanie ex ipsa genuit filium⁸⁴¹. Idem vero Rex collecto exercitu ad regionem Cordube pervenit; que regio adhuc ritu detinebatur gentili, quam regionem, ut fertur, ipse Carolus Magnus tempore suo domare nequivit. Civitatem vero Cordubam dictus Rex Hispanie obsedit, et nutu divino eam expugnavit, et obtinuit; et quamdiu vixit, cultui Christiano subjugavit...⁸⁴²

257. GUIRAUT DE FRACHET, *Chronicon* (1260-1265-1271)⁸⁴³

BNF, ms. lat. 5.005A, fols. 4-192, esp. fols. 185-186v, transcr. fragmentaria y notas WAGNER, «*Debellare Albigenses*», 122H.

Anno Domini M.CC.III. duodecim abbates Cistercii cum uno legato a papa contra hereticos mittuntur ut plenius in vita beati Dominici legitur. (...) Frater P. de Novo Castro legatus pape a comite Tholosano, quem propter hereticorum defensionem excommunicaverat, occiditur, unde papa terram eius expurgandam regi Francorum exponit. Byturis capitur a francis et .XVII. milia hominum ferro et incendio pereunt. Carcassona et Narbona et alia terra comiti Montis Forti datur. (...)

Eodem anno, cum rex Aragonum et comes Tholosanus et cum eis alii infiniti comitem Montis Fortis, qui pro fide pugnabat, apud Murellum inclusissent nec eum aliquibus partis abire permitterent cum non haberet nisi .CC. milites et alios in armis. Et [?] ⁸⁴⁴ audita missa et cum lacrimis super murum cantantibus episcopis prie et inclusis clericis, hostem repellit longius et cum dictus comes egreditur et regem occidit. Comites vero suo more fugerunt et multi de Tholosa fugientes submerguntur usque ad .VII. milia de francis autem nisi .VIII. sunt occisi.

⁸⁴⁰ Educado en Estrasburgo, fue a la vez escultor y escritor (m. h. 1267), autor de una buena historia monástica, aunque confusa, mal escrita y con errores cronológicos, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 1.696, p. 153.

⁸⁴¹ El autor mezcla las vidas de Alfonso VIII y de su nieto Fernando III, si bien podría aludir al matrimonio de Blanca de Castilla, hija del rey Alfonso VIII, con el príncipe Luis, hijo del rey Felipe Augusto.

⁸⁴² El capítulo continúa con el relato de la conquista de tierras musulmanas.

⁸⁴³ Dominicó (1206-1271), fue prior de los conventos dominicos de Limoges, Marsella y Montpellier, prior de la provincia de Provenza y definidor y elector por el capítulo provincial de Tolosa, sus obras son importantes para conocer los inicios de su orden, HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 514-515. Es un meridional, pero lo mantenemos aquí por no modificar la numeración general.

⁸⁴⁴ Nota de WAGNER: [dictus?]

258. GIRARD D'AUVERGNE, *Historia figuralis* (1272)⁸⁴⁵

BNF, ms. nouvelles acquisitions latines n.º 1.811, fol. 91v, transcr. fragmentaria y notas WAGNER, «*Debellare Albigenes*», 132Hb.

Christiani cum multitudine Saracenorum, Meramumelin existente duce, congregantes in Hispania, in primo congressu in fugam eos vertunt, et usque ad xlv. [milia] occidunt.

⁸⁶⁵ Roger of Hoveden o Howden, de origen flamenco, estuvo al servicio de Enrique II de Inglaterra y su crónica abarca desde 1192 a 1201, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.267, p. 15; y GRANSDEN, A., *Historical Writing in England, c. 550 to c. 1307*, 2 vols., Nueva York, Ithaca, 1974, I, pp. 339-345.

⁸⁶⁶ Crónica de esta abadía agustina (condado de Bedford) compuesta por el prior Richard de Morins (1202-1242), luego continuada por otras manos, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 332-333 y 424-429; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.717, p. 151.

⁸⁶⁷ Abadía benedictina en la diócesis de Winchester (condado de Gloucester), GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 405-406; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.713, p. 151.

273. ANALES DE WINCHESTER (519-1277)⁸⁶⁸

Annales de Wintonia, ed. H.R. LUARD, *Annales Monastici*, II (Londres, 1865), pp. 3-125, esp. p. 82.

MCCXII. Factus est motus exercitus Christianorum in Hispania contra Saracenos, et ex illis occisi sunt a Christianis ad estimationem sexaginta milia, ut dicitur.

274. ANALES DE WAVERLEY (1066-1291)⁸⁶⁹

Annales Waverleienes, RASS, II, pp. 175-176; *Annales de Waverleia*, ed. H.R. LUARD, *RS*, 36-2 (1865), pp. 129-411, esp. pp. 278-280; y *Ex Annalibus Waverleienes monasterii*, *RHGF*, XVIII (1879), pp. 188-210, esp. pp. 199-200 y 202-203.

Divulgatum est per *Angliam* quod *Miramumelinus* Rex *Marrochenensis* cum magna multitudine, et fortitudine, (qui, sicut audivimus a plerique, bellum indixerat omnibus illis qui crucem adorant), ab illis eisdem qui crucem colunt bello campetri devictus est, et fugatus. Siquidem cum de diversis mundi partibus fideles *Christi*. Propter remissionem que à Domino Papa indulta, proficiscentes ad subsidium Christianitatis, contra bellum Christianis inductum, in *Hispanie* partibus, *Toletum* convenissent, ubi debebant in die VIII. Pentecostes, ex conducto Regis Castelle et Aragonie convenire. (Affuerunt inter eos qui convenerant, *Wilhelmus* venerabilis Archiepiscopus *Burdegalensis*, barones quoque ac milites de partibus *Pictavie*, *Andegavie*, *Britannie*, et de *Lemovicensi*, et *Petragorcensi* et *Santonensi* et *Burdegalensi*, diocesisibus et aliquot, et de aliis partibus ultramontanis, cum comitatu militum, ac peditem fati honesto, e bene armato. De *Lugdunensi*, et *Vienensi* et *Valentiensi* diocesisibus). Hi omnes sic congregati ad predictum castellum venerunt, cumque residentiam fecisset exercitus apud *Toletum* ultra IV. dies, et jam fatigatus ex mora, desiderio arripiendi iter contra *Sarracenos* nationes estuaret, venerunt ad quoddam castrum *Maurorum* quod *Mattalon* appellatum est, et non dum fixis tentoriis, statim ultramontani aggressi sunt ipsum castrum, quod incessanter sagittis, et lapidibus per totam diem et noctem impugnarunt. Tandem IV turribus expugnatis, testudinibusque prominentibus ad nostrorum impedimentum subactis: *Mauri* castri illius habitatores sub huius modi conditione se reddere gestiebant ut semper essent captivi, sed non placuit nostris. Acceptum est ergo castrum, ita scilicet, quod servata illi vita qui castrum habebat cum duobus filiis, ceteri essent in voluntate peregrinorum interfecti sunt ergo omnes qui ibi inventi sunt preter paucos. Nostri quidem non interest omnia referre que acta sunt in illo bello sunt, enim plura, que hic propter brevitatim narrationis intermittimus; ad summam redeamus, de qua magnus sit sermo. Plures civitates, et castella obtinuerunt Christiani, venientes igitur nostri ad aciem quandam fortem in qua fertur fuisse rex *Miramomelinus* scilicet ultimam, sed valde restiterunt filii scelerati, et ipse *Miramomelinus*, eadem die demonstravit plenius posse suum, ita scilicet quod nostri versi sunt in fugam omnes, preter unum regem et suos. Rarus erat qui permaneret, sed dispositione divina redeuntibus tandem ad cor regibus, et principibus strenuissime se agentibus, et fortiter resistentibus, Deo

⁸⁶⁸ Escrita en St. Swithun de Winchester, es coetánea desde 1202, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 411-412; cit. MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.710, p. 150.

⁸⁶⁹ Elaborada en esta abadía cisterciense sita en Surrey, es una historia local y nacional de primera fila entre las fuentes inglesas de la época, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 412-416; cit. MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.711, p. 150.

auxiliante, repulsi sunt *Sarraceni*; itaquod omnes qui erant in illa forti acie occisi sunt, et ex tunc fugit exercitus *Sarracenorum* irreparabiliter post regem suum, qui prius aufugit. Qui etiam promiserat ante se, super camelos et mulos inestimabiles divitias quas habebat. Nostri igitur *Sarracenos* insequuntur per media tentoria sua fugientes, ad que cum nostri venissent plurima ex eis ad terram deposita invenerunt. Insequuti sunt autem eos bene per leugas, et tot ex eis occiderunt, quod, qui in bello, et post bellum sunt interfecti, plusquam sexaginta millia estimantur fuisse, et quod est valde miserabile, ut credimus, non sunt de nostris mortui homines quinquaginta: in tribus vero locis vel quatuor tot lancee confracte sunt invente, quod sicut plures estimant et contendunt, duo millia summariorum non sufficerent ad portandum. Benedictus per omnia Dominus noster Christus, qui per suam misericordiam in nostris temporibus sub felici Domini Pape *Innocentius III*, apostolatu de tribus generibus hominum, pestilentium scilicet inimicorum Ecclesie sue Sancte, videlicet orientalibus schismaticis, occidentalibus hereticis, meridionalibus *Saracenis* victoriam contulit catholicis Christianis: super tantis ergo bonis et donis nobis ab eo collatis, qui dam omnibus affluenter, et non impropere, gratias ei, et si non dignas, tamen quales et quantas possumus referamus. Fuit autem istud bellum anno Dominice Incarnationis MCCXII. XVII.^o kalendas Augusti, Feria secunda, ante festum Sancte *Magdalene*, in loco qui dicitur *Navas de Tholosa*; erat quippe quoddam castrum *Maurorum* prope, quod *Tholosa* nuncupatur, quod nunc per gratiam Dei redactum est in potestatem *Christianorum*. Benedicamus ergo Deum universi, et laudemus, et confitemur ei qui fecit nobis misericordiam suam magnam, super tant bono quod Deus contulit populo *christiano*. Datum *Tholeti* sabbato ante assumptionem beate Virginis *Marie*⁸⁷⁰ (...)

[*De una carta del registro de Inocencio III*] Rex Arragonie, diabolico instinctu deceptus, collecto exercitu copioso, nefandus etiam Comes Sancti Egidii cum omni exercitu suo, et alii quam plures ex illis Provinciis infideles, prelium inierunt contra Simonem de Monteforti, et obtinuerunt civitates et castella quedam que ipse Simon prius super hereticos adquisierat. Unde Simon, super hoc nimis consternatus, et in paucitate virorum suorum respectu multitudinis adversariorum pavore perterritus, confidens tamen in misericordia omnipotentis, suos confortans ne formidarent ad adventum Vasconium, sed in mente haberent adjutoria sibi facta de celo, et non desperarent ad omnipotente affuturam sibi victoriam; admonens etiam, ad memoriam certamina que anno precedenti fecerant, revocare, istis et multis verbis animos eorum corroboravit, ut cum fervore caritatis inceptum negotium peragerent. Hec ipso proferente, nunciatus est ei adventus Johannis de *Bares*⁸⁷¹, militis nobilis, quem Rex Francie cum aviis pluribus misit in auxilium: unde Simon gavisus est, et hi qui cum ipso erant. Rex vero Arragonie, in multitudine peditum et equitum confidens, ad bellum properabat: cui in obviam venit Simon virtute Dei magni, quâ roboratus, firmiter suis precipiendo dixit: «Ictibus à prima fronte pugne pugnare nolite contra inimicos; sed fortiter, ut christiani milites, acies superborum penetrare securi». Accedentes ergo ad certamen omnes uno impetu, et imperatum fuit, nuda peditum deservere presidia, et usque ad Regem penetraverunt; sicque demum contritus et exercitus regis, et undique gladio cesus. Ipse quidem Rex per manum Johannis captus est, qui per visum eum cognoverat, quam vis regalia arma, que prius habuerat, deposuerit, alia assumens. Quidam verò

⁸⁷⁰ Se trata posiblemente de la data de redacción de la carta del arzobispo de Narbona Arnau, «Documentos», n.º 1370.

⁸⁷¹ Guillaume des Barres.

ex comitatu qui de *predicione milites* vocabantur, illum in frustra considerunt, dicentes non debere apostatam vivum ducere, sed statim interfici; quo interfecto, exercitus omnis dispersus est, multis simul interfectis absque numero. Ipse etia Comes Sancti-Egidii, de prelio vix evadens cum paucis, cum quo se verteret pre confusione nesciret, in Angliam ad nepotem suum Johannem Regem venire deliberavit, et fecit sic; sed inde non multo post per Nicolaum legatum domini Pape aliosque fideles, tamquam Sancte Ecclesia inimicus, expulsus est. Fuit autem istud bellum infra octavas Nativitatis Beate Marie...

275. ANALES DE OSNEY (1016-1297)⁸⁷²

Annales Monasterii de Oseneia, ed. H.R. LUARD, *Annales Monastici*, IV (RS, 36-4, 1869), pp. 3-352, esp. pp. 55-56.

MCCXII (...) Fugatus est Miramomelinus, dux Saracenorum, ab exercitu Christianorum, captis quibusdam munitionibus quas occipaverant et insuper aliis. Dominus Symon de Monteforti Albigenens ad nihilum redegit, et terram illorum suo subjugavit dominio.

276. ANALES DE WORCESTER (1-1266-1308-1377)⁸⁷³

Annales Prioratus de Wigornia, ed. H.R. LUARD, *Annales Monastici*, IV (RS, 36-4, 1869), pp. 355-564, esp. pp. 400, 401 y 402.

Sarraceni in manu forti applicuerunt in Hispaniam, et Christianis bellum induerunt in Maio anni sequentis. (...)

Christiani congregientes in Hispaniam cum Miramumelin et infinita multitudine Sarracenorum in momento eos in fugam vertunt, et usque ad lx [milia] virorum et v. milia mulierum occiderunt, et per xv. dietas eos persequentes, urbes et oppida, castra et castella capiunt. (...)

Rex Arragonie occiditur in bello a Symoni de Monti Forti.

277. RALPH OF COGGESHALL, *Chronicon Anglicanum* (h. 1224)⁸⁷⁴

Ed. J. STEVENSON, RS, 66 (1875), pp. 1-208, esp. p. 166; *RHGF*, XVIII (1879), pp. 59-120, esp. p. 106.

Rex Arragonensis, dum imprudenter Comiti Tolosano contra catholicos auxiliatur, concerto prelio, miraculosè quidem, sed mirabiliter, cum toto exercitu suo absorbetur.

⁸⁷² Elaborada hasta 1254 por varios autores bien informados en esta abadía agustina de Oxford, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 429-432; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.721, p. 152.

⁸⁷³ Elaborada por los benedictinos de la catedral de Worcester, para el período 1202-1261 utiliza material contemporáneo copiado de una fuente no analística, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 333 y ss.; cit. MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.712, pp. 150-151.

⁸⁷⁴ Abad (1207-1218) de la pequeña abadía de Coggeshall (Essex) su crónica es una fuente importante y bien informada, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 322-331; y el estudio de WAGNER, K., «La croisade albigeoise vue par Raoul de Coggeshale. Une interprétation de l'histoire sous l'angle du *patriotisme* anglais», *Heresis*, 35 (2001), pp. 83-89.

278. CRÓNICA LLAMADA DE «BARNWELL» (0-1225)⁸⁷⁵

Ed. W. STUBBS, *Memoriale fratris Walteri de Coventria* o *The Historical Collections of Walter of Coventry*, 2 vols., RS, 58 (1872-1873), II, p. 215.

Rex Arragonensium, vocatus a quibusdam in auxilium contra Simonem de Monteforti, qui hereticorum expugnator erat, ab exercitu cruce signatorum occisus est in bello cum multa suorum et heresi infamatorum manu.

279. ROGER OF WENDOVER, Flores Historiarum (Creación-1234)⁸⁷⁶

Trad. ing. J. A. GILES, *Roger of Wendover's Flores historiarum*, 2 vols., Londres, H.G. Bohn, 1849, II, pp. 278-279 y 283-289; ed. incompleta *Ex Rogeri de Wendover Floribus historiarum*, MGHSS, XXVIII (1888), pp. 3-73, esp. p. 45; y ed. H.G. HEWLETT, 3 vols., RS, 84, (1886-1889), II, pp. 91-93.

Sobre la herejía de los Albigenses, y la declaración de una cruzada contra ellos.

En este tiempo la depravación de los herejes llamados Albigenses, que vivían en Gascuña, Arumnia⁸⁷⁷, y Albi, ganó tal poder en las partes de Tolosa, y en el reino de Aragón, que no sólo practicaban sus impiedades en secreto como hacían antes, sino que predicaban sus erróneas doctrinas abiertamente, e inducían a los simples y a los débiles a compartirlas. Los Albigenses son así llamados por la ciudad de Albi [*Alba*], donde su doctrina se dice haber tomado su auge. (...) El Papa Inocencio III, estaba muy dolido por estas cosas, e inmediatamente envió predicadores a todo el pueblo cristiano con la remisión de sus pecados y tomaran el signo de la cruz para la extirpación de esta plaga... (...) [*Sigue el relato de las conquistas de Besièrs y Carcassona, la elección como jefe de la Cruzada de Simon de Montfort y un intento de negociación de los tolosanos*]

De morte regis Arragonum apud Murellum.

His temporibus, post coronationem regis Arragonum ab Innocentio papa Rome factam, et inhibitionem districtissimam ne inimicis fidei consilium, auxilium prestaret vel favorem, idem rex, pii patris correctionem cum devotione non suscipiens, contra mandatum apostolicum proterve recalcitrare cepit; nam protinus cum fuisset ad propria reversus, hereticis confederatus, in terra que per virtutem Dei et cruce signatorum auxilio fuerat adquisita, associatis sibi comitibus Tholosani, Fuxi et Convenarum, cum civibus Tholosanis et exercitu magno nimis, feria tertia post Natale beate Marie Murelli castrum obsedit. Quo audito patres venerabiles,

⁸⁷⁵ Crónica compuesta en la zona de Holland (Lincolnshire), no en Barnwell, por un monje benedictino, para el período 1202-1225 es una fuente original muy valiosa. La «*Barnwell*» *chronicle* fue copiada de forma indirecta a través de una compilación de mediados del siglo XIII elaborada en Fenland por Walter of Coventry (1293-1307), GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 339-345.

⁸⁷⁶ Monje (m. 1236) de la abadía benedictina de St. Albans (Hertfordshire) y prior de Belvoir, entre 1204 y 1234 escribió esta importante crónica, original desde 1202, que es una fuente clave para los reinados de Juan Sin Tierra y Enrique III. MATTHEW PARIS se sirvió mucho de ella en sus escritos, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 359-360; ORCÁSTEGUI y SARA-SA, *La historia en la Edad Media*, p. 225; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.729, pp. 153-154.

⁸⁷⁷ Alverna.

Tholosanus, Nemausensis, Agathensis, Biturensis, Uticensis, Lodovensis et Convenarum episcopi, et de Claraco, de Magna-villa et sancti Tiberii abbates, quos archiepiscopus Narbonensis et apostolice sedis legatus propter sancte crucis negotium fecerat congregari, una cum Comite Simone Montis-fortis et exercitu cruce signatorum iter arripiunt ad obsessum castrum viriliter succurrendum; et cum die Martis infra octavas supradictas venissent ad castrum, quod dicitur Savardunum, miserunt nuntios episcopi memorati ad capitaneos, qui in obsedione castri Murelli erant, dicentes, se ad hoc venire, ut cum eis de pace tractarent, unde sibi dari ducatum securum petebant. In crastino autem, quia res sic exigebat, exercitus cruce signatorum a Savarduno recedens festinavit ad Murelli succursum celeriter advenire; episcopi vero predicti morari proposuerunt apud quoddam castrum, Alta-ripa vocatum, quod medium est inter Savardunum et Murellum distat ab utroque duabus leucis, ut ibi missos nuntios exspectarent, qui ibidem ad episcopos redeuntes dixerunt ex parte regis Arragonum, quod ducatum non preberet eis, quia cum tanto exercitu advenerant quod non indigebat conductu. Verum hec audientes episcopi Murellum cum exercitu cruce signatorum intraverunt die Mercurii intra octavas memoratas, et sollicitudine non pigri duos viros religiosos ad regem et cives Tholosanos destinaverunt, qui a rege tale cum derisione habuerunt responsum, quod propter quatuor ribaldos, quos episcopi secum adduxerant, petebant habere colloquium cum ipso; Tholosani vero predictis nuntiis responderunt, quod regi Arragonum erant confederati, et nihil facerent nisi regis tantummodo voluntatem. Quod cum redeuntes nuntii episcopis retulissent, iidem episcopi cum abbatibus discalciati ad regem venire proposuerunt; sed cum adventus eorum in hunc modum regi nuntiatus fuisset, januis patefactis, cum comes Montis-fortis ac cruce signati inermes essent pro eo quod episcopi de pace loquerentur, hostes Dei fraudulenter ac superbe vicum subintare cum impetu attentarunt, sed per Dei gratiam ad suo fuerunt desiderio defraudati. Quorum superbiam comes et cruce signati videntes, per cordis contritionem et oris confessionem salubriter a peccatis mundani, armis se viriliter accinxerunt, venientesque ad episcopum Tholosanum, qui auctoritate domini Narbonensis jure legationis hoc officio fungebatur, exeundi licentiam contra hostes fidei humiliter postularunt; qua, quoniam negotium in areto erat constitutum, concessa, in nomine sancte Trinitatis tribus dispositis aciebus exierunt, hostes vero fidei a contrario multas habentes acies jam munita armis tentoria sunt egressi, quos, licet multos nimis respectu cruce signatorum, clientes Christi de ipsius auxilio confidentes, armati virtute ex alto, viriliter sunt aggressi. Statimque virtus Altissimi per manus servorum suorum hostes suos confregit, eos comminuens in momento; terga enim vertentes in fugam compulsi sunt, tanquam pulvis ante faciem venti; alii mortis discrimen fugientes evaserunt, alii gladios evitantes aque periculo perierunt, nonnulli autem fuerunt in ore gladii devorati. De illustri quoque Arragonum rege, qui cum interfectis occubuit, plurimum dolendum est, qui hostibus fidei conjunctus Ecclesiam catholicam improbe perturbavit. Certus, interfectorum numerus nullatenus sciri potuit; de militibus autem cruce signatis unus solus cum servientibus paucis occubuit. Facta est autem hec belli congressio feria sexta post octavas nativitatis beate Marie, anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, mense Septembri⁸⁷⁸.

RHGF, XVII (1878), p. 709, Nota a [MATTHEW PARIS, *Chronica majora*, h. 1259]

⁸⁷⁸ Relato tomado de la *Casta de los Prelados*, «Documentos», n.º 1594.

In codice Wendoveriano post verba prestaret vel favorem, legitur. Idem Rex, pii patris correctionem cum devotione non suscipiens, contra mandatum apostolicum proterve recalitrare cepit. Nam protinus cum fuisset ad propria reversus, hereticis confederatus, in terra que per virtutem Dei et cruce signatorum auxilio fuerat adquisita, associatis sibi Comitibus Tolosani, Fuxensi et Convenarum, cum civibus Tolosanis et exercitu magno nimis, feria tertia post Natale beate Marie, Murelli castrum obsedit.

280. MATTHEW PARIS, *Majori anglicana historia* o *Chronica majora* (h. 1259)⁸⁷⁹

Ex Matthaei Paris Majori Anglicana Historia, RHGF, XVII (1878), pp. 679-768, esp. pp. 708-709; y ed. H.R. LUARD, 7 vols., RS, 57, (1872-1883), II, pp. 566-568.

An. 1212. Per idem tempus, ipse Rex sive Admiralius Murmelinus, de quo supra dictum est, cum infinito quem conflaverat exercitu, non sine, ut dicitur, Regis Johannis assensu, fines Hispanie potenter constituit occupare: cui magnam audaciam contulerat nutans fides Regis Johannis supradicti, et regni ejus interdictum. Quod cum cognoverunt Reges Hispanie Christiani, additis quibusdam prelati, viriliter restiterunt; et universo dissipato exercitu suo, à finibus suis fugaverunt, et primogenitum filium suum, capito regali vexillo, intermerunt. Ubi Rex Arragonum immortalem gloriam promeruisset, si non, in superbiam elatus, statim à Simone de Monteforti totam terram quam super Albigenses adquisierat, de se tenendam, contra prohibitionem Pape, qui id ipsum postulaverat, procaciter exegisset: unde guerram gravem sibi suscitavit.

His quoque temporibus, post dicti Regis Arragonum coronationem ab Innocentio factam Rome, et inhibitionem districtam ne inimicis fidei auxilium vel favorem prestaret, spretâ patris correptione, post victoriam de Admiraglio Murmelino obtentam cepit recalitrare, nocens quantum potuit Simoni memorato. Hereticis utique Albigensibus confederatus, associatis sibi Comitibus Fuxi et Convenarum cum Tolosanis R. quoque *de Beders* cum suis Bederanis, et de comprovincialibus innumeris convocatis exercitu magno congregato, feriâ tertiâ post Natale Beate Marie, Murelli castellum obsedit⁸⁸⁰. Quo audito, patres venerabiles Tolosanus, Nemausensis, Agathensis, Biterrensis, Uticensis necnon Magalonensis episcopi, et de Claraco, et Magna-Villa, et Sancti-Egidii abattes, et alii multi preclari viri quos archiepiscopus Narbonensis, apostolice sedis tunc legatus, propter Sancte Crucis negotium fecerat congregari, unâ cum Simone Montisfortis et exercitu cruce signatorum iter arripiunt ad obsessum castrum viriliter succurrendum, et cum de martis infra octavas supradictas venissent ad castrum quod dicitur Savardunum, miserunt nuncios episcopi memorati ad capitaneos qui in obsidione castrum Murelli erant, dicentes se ad hoc venire ut cum eis de pace tractarent, sibique dari ducatum secu-

⁸⁷⁹ Monje de la abadía de St. Albans (h. 1200-1259), es el más célebre y prolijo de los historiadores medievales ingleses. Formado en el *scriptorium* que dirigía ROGER OF WENDOVER, al que reemplazó, su producción es la más destacada de la cronística elaborada en St. Albans entre los siglos XII y XIV en estrecha relación con la monarquía Plantagenet. Historiador de la abadía desde 1236, fue también hagiógrafo, cartógrafo, escultor, iluminador y orfebre. Autor extraordinariamente bien informado y de reputación en su época, su obra principal es la *Chronica majora*, una copia revisada, sobre todo después de 1213, del *Flores historiarum* de ROGER OF WENDOVER. Véase GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 356-379; HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, pp. 1.001-1.003; ORCÁSTEGUI y SARASA, *La Historia en la Edad Media*, pp. 224-226; LE GOFF, *Saint Louis*, pp. 433-450; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.730, pp. 154-155.

⁸⁸⁰ Nota a. Véase ROGER OF WENDOVER, «Testimonios», n.º 279.

rum petebant. In crastino autem, quia res sic exigebat, exercitus cruce-signatorum, à Savarduno recedens, festinavit ad Murell succursum celeriter advenire. Episcopi verò predicti morari propusierant apud quoddam castrum Alta-Ripa vocatum, quod, medium inter Savardinum et Murellum, distat ab utroque duabus leucis, ut ibi missos nuncios expectarent: qui ibidem ad episcopos redeuntes, dixerunt ex parte Regis Arragonum, quòd non indigebant conductu. Verùm, hec audientes, episcopi Murellum cum exercitu cruce-signatorum intraverunt die mercurii intra octavas memoratas, et sollicitudine non pigri, duos viros religiosos ad Regem et cives Tolosanòs destinarunt, qui a Rege cum derissione tale habuere responsum, quòd, propter quatuor ribaldos quos episcopi secum adduxerant, petebant habere colloquium cum ipso; Tolosanì verò predictis nunciis responderunt, quòd Regi Arragonum erant confederati, et nihil facerent nisi Regis tantummodo voluntate.

Quod cùm redeuntes nuncii episcopis retulissent, iidem episcopi cum abbatibus discalciati ad Regem venire proposuerunt. Sed cùm adventus eorum in hunc modum Regi nunciatus fuisset januis patefactis, cùm Comes Montisfortis ac cruce-signati inermes essent pro eo quòd episcopi de pace loquerentur, hostes Dei fraudulenter et superbe vicum sub intrare cum impetu attentaverunt; sed per Dei gratiam à suo fuerunt desiderio defraudati. Quorum superbiam Comes et cruce-signati videntes per cordis contritionem et oris confessionem salubriter à peccatis mundati, armis se viriliter accinxerunt; venientesque ad episcopum Tolosanum, qui auctoritate domini Narbonensis jure legationis hoc officio fungebatur, exeundi licentiam contra hostes fidei humiliter postularunt. Quâ, quoniam negotium in areto erat constitutum, concessâ, in nomine Sancte Trinitatis, tribus dispositis aciebus, hostes fidei, a contrario vicum multas habentes acies, jam munita armis tentoria sunt egressi: quos, licèt multos nimis respectu cruce-signatorum, clientes Christi, in ipsius auxilio confidentes, armati virtute ex alto viriliter sunt aggressi; statimque virtus Altissimi per manus suorum hostes suos confregit, eos comminuens in momento. Terga enim vertentes in fugam versi sunt, tamquam pulvis ante faciem venti contriti; alii mortis discrimen fugientes evaserunt; alii, gladios evitantes, aque periculo perierunt; nonnulli autem in ore gladii perierunt. De illustri quoque Arragonum Rege, qui cum interfectis occubuit, plurimum dolendum est: qui hostibus fidei conjunctus, ecclesiam catholicam improbè perturbavit. Per exploratores noverat Comes Simon quod Rex Arragonum, se paravit (tam securus fuit!) ut ad mensam sederet pransurus; unde Comes jocosè dixit, super hoc certificatus, cùm exiret: «Certè serviam ei de primo periculo», unde primus ipse Rex Arragonum gladio transfossus, antequam tres bucellas panis deglutiret, interemptus occubuit. Certus interfectorum numerus nullatenus scribi potuit; de militibus autem cruce-signatorum unus solum cum servientibus paucis occubuit. Facta est autem hec belli congressio feriâ sextâ post octavas Nativitatis Beate Marie, Anno Domini MCCXIII, mense Septembri.

281. MATTHEW PARIS, *Historia Anglorum* (ha. 1253)⁸⁸¹

Ed. F. MADDEN, 3 vols., *RS*, 44 (1866-1869), II, pp. 143-144.

De scandalo orto per heresim Albigensium.

Circa dies illos hereses Albigensium dilatata totam Provinciam iam cepit maculare. Papa igitur non valens in Christianismo ruinam fidei tolerare, constituit

⁸⁸¹ Comenzada en 1250, es un resumen de la *Chronica majora* con algunos elementos nuevos para el período 1067-1253.

sollemnes predictaores, qui signarent populum super eos, peccatorum omnium indulgentiam percipiendum. Commotus sunt igitur ad hoc omnia fere regna Cis-montana et acciguntur nobiles infiniti ad iniuriam fidei catholice vindicandam. Quibus capitaneus constituitur vir nobilis et in armis strenuus. Simon de Monteforti, comes Legrescestrie, in cujus manus Dominus tradiderat nobilem civitatem Beders, cum domino civitatis Rogero, vicecomite civitatis et domino totius provincie circumiacentis.

De morte regis Arragonum.

Diebus quoque sub eisdem rex Arragonum, etate et viribus integre et vernans, sed superbus et temerarius, confederatus est Tholosanis et Albigensibus, quos infamia de heresi non mediocriter condempnaverat. Congregato igitur exercito copioso, rex Arragonum comitem Simonem non premunitum occupare in quodam castro disposuit; sed comes malens armis trucidari quam fame contabescere, subitum exiens, fecit cum paucis in regem et ejus exercitum impetum vehementem. In quo conflictu acerrimo ipse rex nihil tale formidans periit trucidatus, toto exercitu dissipato. Facta est hec belli congressio feria .VI. post octavas Nativitatis beate Marie.

282. MATTHEW PARIS, *Flores historiarum* (ha. 1259)⁸⁸²

Ed. H.R. LUARD, 3 vols., *RS*, 95 (1872-1883), II, p. 147.

Per illud tempus, motio magna fit contra hereticos Albigenses sub duce Simone de Monteforti, in qua etiam guerra occisus est rex Arragonum.

283. JOHN OF OXENEDES, *Chronica de St. Benet of Hulme* (449-1293)⁸⁸³

Ed. H. ELLIS, *RS*, Londres, Longman, 1859, pp. 129-130.

[1213] Penituit tandem regem Anglorum graviter, quod ad predicta pacis consensum inclinaretur. Unde misit ad Miramumelin, regem magnum Affrice, Marochie, et Hispanie, signans eidem quod se et regnum suum libenter redderet, et eidem dederet, et deditum teneret ab ipso, si placeret ei, sub tributo. Rex Miramumelin nunciis cum indignatione respondit, dicens: «Nunquam legi vel audivi quod aliquis rex, tam prosperum regnum possidens subjectum et obediens, suum sic vellet aponte pessumdare principatum, ut de libero faceret tributarium, de suo alienum, de felici miserum. Quin immo de multis audivi qui multi sanguinis effusione sibi libertatem, quod laudabile fuit comparaverunt: modo scio quod dominus vester miser, deses et imbellis, quo nullos vilior, est, qui de libero servus fieri desiderat, qui vere miser est nullique miserabilis». Sicque nuntios recedentes, nec salutavit, nec aliquibus respexit donativis.

⁸⁸² Crónica del monasterio St. Albans posiblemente escrita por MATTHEW PARIS y continuada por otro autor hasta 1265.

⁸⁸³ Monje de la abadía de St. Benet of Hulme (Oxnead es un pueblo próximo), que para el período 1169-1259 tomó como fuente la crónica de St. Albans, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 402-403.

284. RICHARD OF DURHAM, *Chronicon de Lanercost* (1201-1297)⁸⁸⁴

Ed. J. STEVENSON, *Chronicon de Lanercost*, «Bannatyne Club», 65, Edimburgo, 1839, p. 9.

Eodem etiam anno [1211] accidit quod cum jam per quinquennium, vel amplius, Albigenses, gens aspera, justitiam Dei abigentes et suam volentes constituere, catholice fidei religionem manifesta impugnaverant persecutione, ex apostolice admonitionis persuasione et virtute divine predicationis, sed et principaliter ex gratia divine inspirationis, unanimiter contra predictos divine legationis derisores non modica turba fidelium in partibus coadunata est Tholosanis, que, divine virtutis dispositione in acies dispartita, pugna campestri, qualis non meminit etas presentium, infidelium stragem dederunt. Hoc autem factum est Anno milleno, bicenteno, nonodeno Septembri die quarta post festa Marie, sub duce Christianissimo et comite invictissimo Symone de Munforde, vel de Rokeforde, qui eosdem a principio vehementissimo furore persecutus est.

285. NICHOLAS TREVET, *Chronicon o Annales Sex Regum Angliæ* (1136-1307)⁸⁸⁵

Chronicon Nicolai Trivetti Dominicani, ed. ACHERY, *Spicilegium*, III, pp. 142-231, esp. pp. 181 y 182.

MCCIV. (...) Petrus Rex Aragonum regnum suum obtulit Ecclesie Romane, et illud eidem constituit censuale. (...)

[*En el margen: Ad confutandos Albigenses hereticos a Papa mittuntur 12. Abbates*]

Interim a domino Papa Innocentio duodecim Abbates Cisterciensis Ordinis, cum uno Apostolice Sedis Legato in terram Albigensium pro predicandam contra hereticos fide Catholicam destinantur. (...)

[*En el margen: Didacus et S. Dominicus hereticos exagitant*]

MCCV. (...) Unus autem de nostris Dominicus nomine socius Episcopi Oxoniensis, sicut in gestis viri nobili nominatque Simonis Comitis Montis-fortis legitur... (...)

[*En el margen: Cruce signatur multi contra Albigenses*]

MCCIX. (...) Multitudo igitur Gallicorum contra fidei refugas profecta, adjunto sibi Comite Tolosano, Witerim⁸⁸⁶ primo, ac deinde Carcasonam obsident et expugnant. Moxque reversuri ad propria, Comitem Montisfortis Simonem, virum armis strenuum, et consilio discretum toti preficiunt regioni. Cui admodum familiaris erat beatus Dominicus propter communem zelum adversus hereticorum perfi-

⁸⁸⁴ Franciscano bien informado cuya importante crónica sería copiada y sumada a la de otro franciscano (1297-1346) por un canónigo agustino del priorato de Lanercost (Cumberland) con el fin de elaborar el *Chronicon de Lanercost* (1-1346), GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 494-501; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.726, p. 153.

⁸⁸⁵ Dominico (h. 1265-d. 1334) y profesor de Oxford. Bien relacionado con la corte real y la curia papal, fue escritor de múltiples obras (astronomía, liturgia, filosofía y sobre todo historia) de gran predicamento en toda Europa, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 501-507; HASENOHR y ZINK, *Dictionnaire*, p. 1.068; y ORCÁSTEGUI y SARASA, *La historia en la Edad Media*, pp. 215-216.

⁸⁸⁶ Besièrs.

diam. Contra quos ille materiali gladio, iste spirituali, qui est verbum Dei, assidue dimicabant. (...)

[*En el margen: De Rege Saracenorum victoriam insignem refert Rex Castelle*]

MCCXI. (...) Rex quidam Saracenorum Meramomelinus dictus, fines Hispanie cum magno est ingressus exercitu, contra quem Rex Castelle, venientibus ei in adiutorium Regibus Aragonum et Navarre, procedens prelio commisso, favente Domino victoriam obtinuit et triumphum: in cujus pompam Rex Aragonum lanceam et vexillum Meramomelini Romam misit, que usque hodie in beati Petri Apostoli Basilica reservantur.

286. HENRY KNIGHTON, *Leycestrensis Chronica* (950-1366)⁸⁸⁷

Henrici Knighton canonici Leycentrensis Chronica, Historiae Anglicanae Scriptores, II, Londres, 1652, p. 2.418.

Saraceni cum XIII millibus armatorius exceptis lotricibus LX. de *Affrica* venerunt, et occupaverunt magnam partem *Hispanie*, unde Papa Innocentius misit nuncios ad diversas nationes pro subsidio terre sancte; nam *Saraceni* erexerant munitiones in monte *Thabor* ad debellandum *Acram*.

· ESCOCIA

287. CRÓNICA DE MELROSE (735-1275)⁸⁸⁸

Chronica de Mailros, RASS, I, pp. 135-244, esp. p. 185; y ed. J. STEVENSON, *Chronica de Mailros*, «Bannatyne Club», 49, Edimburgo, 1835, pp. 111-112.

Impetuosa enim et ignominiosa turba paganorum cum classe non modica per littera *Hispanie* applicuerat, qui et Christianos ad preliandum invitaverunt. In quos Rex Magnanimus, cognomine Rex *Parvus*⁸⁸⁹, cum commilitibus suis insurgens, virtute divina fere omnes con qua ssavit; vix enim rex et princeps eorum dictus de *Mairhoc* cum maxima ignoramina vivus evasit.

Eodem etiam anno [1211] accidit quod cum jam per quinquennium vel amplius *Albigenses*, gens scilicet aspera et à Deo reprobata, justitiam Dei à se albigentes, suam volentes constituere, catholice fidei religionem manifesta persecutione impugnarent; ex persuasione Apostolice admonitionis, et virtute verbi divine predicationis; sed et principaliter ex gratia divine inspirationis, unanimiter contra predictos divine legis derisores non modica turba fidelium in partibus coadunata est *Tholosanis*, que divine virtutis dispositione in acies dispartita, pugna campestri qualem non meminit etas presentium, infidelium stragem dederunt. Hoc autem

⁸⁸⁷ Canónigo agustino de la abadía de St. Mary of the Meadows (Leicester), su obra se divide en cinco libros y llega hasta 1395, aunque sólo los cuatro primeros (ha. 1366) son suyos, MOLINIER, *Sources*, IV, n.º 3.439, pp. 86-87; y GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 159 y ss.

⁸⁸⁸ Monasterio cisterciense del condado de Roxburgh (Escocia), es la más importante de las crónicas monásticas escocesas, GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, p. 319, n. 7; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.727, p. 153.

⁸⁸⁹ Alfonso VIII de Castilla.

factum est anno milleno bis centem monodeno, Septembrique die quarta post festa Marie, sub duce Christianissimo et Comite invictissimo *Simone* dicto de *Munford* vel de *Rocheford*, qui eosdem à principio vehementissimo fervore persequutus est.

Hac etiam vix finita et cassata perturbatione; et ecce recens subrepat Christianorum aliunde persecutio.

· GALES

288. ANALES DE MARGAM (1066-1232)⁸⁹⁰

Annales de Margan, RASS, II, p. 15; y ed. H.R. LUARD, *Annales Monastici*, I, Londres, 1864, pp. 3-40, esp. pp. 31-32.

MCCXII. Rex Marochie nomine Miramomelinus, cum rege Valentio⁸⁹¹ patruo suo, et multo nimis exercitu Arabum et Maurorum, Hispanias ingressus, eas cede et incendio cepit devastare; contra quem directi sunt a domino Papa archiepiscopi vel episcopi decem, quatuor transmontani, et sex cismontani, cum exercitu copioso; in quorum comitatu fuere nonnulli comites et barones, qui per Gasconiam incedentes, plures hereticorum qui Albigei dicebantur et eam repleverant, occiderunt; comitem de Sancto Egidio bello campali victum, qui eis favere dicebatur, exularent; et Tolosam metropolim Gasconie diu obsessam, vi tandem ceperunt. Circa octavas vero Pentecostes Toletum metropolim Hispaniarum advenerunt, et eis ibidem associati sunt tres reges Hispaniarum, scilicet rex Arragone, rex Navarie, rex Castelle, cum exercitibus suis. Circa festum sancte Marie Magdalene, congressi sunt tribus vicibus cum Saracenis bello campali, et ex eis postraverunt usque ad lx. millia virorum, cum pauci reverent⁸⁹² ex Christianis, sicut scribit Narbonensis archiepiscopus, qui ipse bello interfuit, in epistola quadam ad capitulum Cisterciense directa⁸⁹³. Sarraceni qui evaserant cum regibus suis, domum cum dececore sunt reversi.

289. BRUT Y TYWYSOGION o CHRONICON PRINCIPUM WALLIAE o CRÓNICA DE STRATA FLORIDA (682-1282-1332)⁸⁹⁴

Ed. y trad. inglesa J. WILLIAMS AP ITHIEL, *Brut y Tywysogion or Chronicle of the princes of Wales*, RS, Londres, 1860, pp. 272-273.

MCCXII. Y vl̄dydin rac ðyneb y bu ur̄dydir yniyr Yspen y r̄dg y Cristonogyon ar Sarassinyeit; yny vr̄dydyr honno y dydedir dyḡdydad deg mil o wyr a their mil o wraged⁸⁹⁵.

⁸⁹⁰ Abadía cisterciense del condado de Glamorgan (Gales), MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.276, p. 19; y GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, p. 332.

⁸⁹¹ ¿Valencia?

⁸⁹² Oruerent.

⁸⁹³ Carta del arzobispo Arnau Amalric, «Documentos», n.º 1370.

⁸⁹⁴ Atribuída a CARADOC o CARADOG DE LLANCARFAN o LLANCARVAN (condado de Glamorgan), sirvió de base a los *Annales Cambriae*. Se conserva en la abadía de Strata Florida o Conway, *Repertorium*, II, p. 595; también MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.274, p. 19.

⁸⁹⁵ MCCXII. *El año siguiente, hubo una batalla en España entre los Cristianos y los Sarracenos. En esta batalla, se dice, cien mil hombres y tres mil mujeres cayeron.* Hay ed. y trad. ing. de Th. JONES, Cardiff, University of Wales Press, 1952 y 1955 («History and Law Series», 11 y 16).

290. GIRALDUS CAMBRENSIS/GERALD OF WALES, «Versos en alabanza de Inocencio III» (ha. 1220)⁸⁹⁶

Ex Giraldi Cambrensis operibus, MGHSS, XXVII (1885), pp. 416-417.

Ex Giraldi Versibus [*in laudem Innocentii III*]

Pax datur hinc profugis, timor hinc terrorque tyrannis,

Iuris libra viget, religioque viret.

Morum nobilitas ac morum gloria, cervix

Libera, cena sub his sobria, recta fides.

Sensit Otho tumidus, Patheri sensere, duoque

Reges, Arragonus, Anglicus, arma ducum.

Hyspani paveant, paveatque incredulus affer,

Damascus paveat, ense domanda ducum.

Sobria strenuitas Francorum, classis abundans,

Anglica gaza reis causa pavoris erunt.

Urbs igitur cesset animos turbare feroces

Prona, quibus quondam colla subacta dedit.

Illa laborat ad hoc, ut Christi sponsa tyrannis

Serviat, et servi libera colla premant.

Mirum! que Rome modicos sententia pape

Non movet, hic regum scepra movere potest;

Que minimos minime censura coercet in Urbe,

Sevit in orbe fremens celsaque colla premens;

Cui male sublatus Rome non cederet hortus,

Nititur ad nutum flectere regna suum.

⁸⁹⁶ Llamado en realidad Gerald de Barri (h. 1146-h. 1223), este clérigo y crónista nació en el condado de Pembroke (sur de Gales), siendo su padre un caballero normando y su madre una princesa galesa. Educado por su tío el obispo David de St. David, estudió varios años en París. Tras intentar en vano ser nombrado obispo de Saint-David, fue capellán del rey de Inglaterra Enrique II, miembro del séquito de su hijo Juan Sin Tierra y del arzobispo de Canterbury, así como predicador de la III Cruzada. Obispo entre 1198 y 1203, se retiró del mundo para dedicarse a escribir amplias y diversas obras históricas, geográficas y religiosas, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.272, pp. 18-19; y GRANSDEN, *Historical Writing in England*, I, pp. 221-222, 242-246, 310-311, 321-322, 348 y 368.

IV. ITALIA

· PAPADO

291. *PROCESO DEL PAPA MARTÍN IV CONTRA EL REY DE ARAGÓN PEDRO EL GRANDE A CAUSA DE LA CONQUISTA DE SICILIA (1282)*⁸⁹⁷

Processus habitus contra PETRUM Regem Aragonum, Anno MCCLXXXII. Indictione undecima, ed. ACHERY, *Spicilegium*, III, pp. 684-689, esp. p. 686.

De Archivo namque ipsius Ecclesie munimenta prodeunt, manifeste testantia qualiter pie memorie Innocentius Papa tertius predecessor noster, quondam Petrum Regem Aragonum, dicti Petri Aragonensis Regis avum, Arelatensi eius temporis Archiepiscopo, et aliis personis Ecclesiasticis, necnon et quam pluribus suis associatum proceribus per mare ad Sedem Apostolicam accedentem, ut inibi ad eodem predecessore Innocentio militare cingulum, et Regium accipere diadema, honoravit multipliciter honorifice, ac benigne recepit, et in Ecclesia sancti Pancratii Martyris trans Tiberim per bone memorie Petrum, Portuensem Episcopum faciens in Regem inungi. Deinde propriis manibus coronavit, et Regalia insignia universa, mantum videlicet et colombium, sceptrum, et pomum, coronam, et mitram, que ad opus ipsius non solum speciosa, sed etiam pretiosa parari fecerat, ex more in Regum coronationibus observando largitus eidem, ab ipso corporale iuramentum recepit. Per cuius religionem memoratus Rex inter cetera fidelitatem et obedientiam ipsi summo Pontifici eiusque successoribus, et Ecclesie Romane, Regnumque suum in ipsius obedientia fideliter conservare promisit: ac demum idem Rex cum multo tripudio et applausu coronatus, iuxta ipsum predecessorem nostrum Innocentium ad Basilicam Sancti Petri Apostoli rediens, super illius Altare sceptrum et diadema deposuit, et militarem ense de manu eiusdem predecessoris accepit; dictumque suum Regnum antea censuale a suis predecessoribus eidem Ecclesie constitutum, cupiens principali post Deum, eiusdem beati Petri et Apostolice Sedis protectione muniri, predecessori eidem Innocentio, et per eum ipsi Sacrosancte Apostolice Sedi obtulit, illudque sibi et eius successoribus in perpetuum divini amoris intuitu, et pro remedio anime sue, et progenitorum suorum, novo adjecto censu constituit censuale, pollicendo adjiciens, et adjiciendo pollicens, quod ipse ac successores sui specialiter eidem Sedi fideles et obnoxii teneantur. Hec autem perpetua lege fore servando decernens, ut huiusmodi Regalis concessio firmitatem inviolabilem obtineret, ipsam in scriptis redactam de Procerum Curie sue consilio, presente dicto Arelatense Archiepiscopo, Sancio patruo suo, Hugone de Baucio, et Arnaldo de Faciano, suis Baronibus, sigilli sui munimine roboratam eidem Innocentio predecessori concessit.

Num quid igitur premissa collata pariter et solemnī examinatione discussam, dictum Regem Aragonie nepotem fidelitatis, ad quam memoratus avus suus, cuius est in eodem Aragonie Regno heres, ipsum sicut et successores suos ceteros tam publice, tam solemniter obligarat, eidem Ecclesie debitorem, et violatorem publicum, reum grandis infidelitatis et damnabilis non accusant?

⁸⁹⁷ De la coronación en Roma habla también el cronista SABA MALASPINA (*Die Chronik*, *MGHSS*, XXXV, 1999, cap. IX, p. 31).

· NORTE Y CENTRO DE ITALIA

292. TOLOSANUS, *Chronicon seu Historia Faventine civitatis de Faenza* (1219)⁸⁹⁸

RISS, XXVIII, parte 1^a (Bologna, 1936), pp. 125-126.

Cap. cxi: *Quando comes de Montforte et abbas de Cistelle multa milia hereticorum combussit et ingulavit, et comitem Sancti-Egydii extra comitatum expulit.*

Per idem tempus comes de Montforte ex mandato summi presulis multa milia hereticorum nolencius iurare stare mandatis Ecclesie combussit et ingulavit in partibus Tolose, ac comitem Sancti-Egydii extra comitatum suum expulit.

293. CRÓNICA DE MANTOVA (1250-1274)⁸⁹⁹

Chronica pontificum et imperatorum Mantuana, MGHSS, XXIV (1879), pp. 214-220, esp. p. 215.

Similiter Miramolinus imperator Saracenorum veniens contra Yspanos cum 50 regibus, a regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navarre, Aragonum cum auditorium Portugalensium devictus fuit et confuse ad propria reversus.

294. OGERIO PANE, *Annales Genuenses* (1197-1219)⁹⁰⁰

Ogerii Panis Annalis, MGHSS, XVIII (1863), pp. 115-142, esp. pp. 122, 130-133 y 136; y *Ogerio Panis Annales Genuenses ab anno MCXCVII*, RISS, VI (1725), cols. 379-434, esp. col. 390.

[1204] In isto vero anno intravit Ianuam rex Aragonensis.

1211 [*Tratando de una guerra entre Génova y Marsella*] Alie vero due naves iverunt usque Caput Crucis, et cum venissent in gulfo Ampulie⁹⁰¹, viderunt navem Marsiliensium cursalium venientem ad terram cum nave una Sarracenorum quam ceperant; et videntibus illis, putaverunt illas duas naves nostras, expectaverunt eas. Marsilienses vero, visis navibus nostris, fugierunt ad terram ad turrisellam que vocatur Turricella de Moncrino, ibique maximum auxilium barcharum balisteriorum et hominum de terra habuerunt, sicque nullum dampnum eis naves nostre facere potuerunt; et per alios duos menses steterunt supra inimicos in Cataloniam et in Provinciam⁹⁰². (...)

⁸⁹⁸ De origen tolosano, fue canónigo y diácono de la iglesia de Faenza, donde fue también *magister*. Murió en 1226 y su obra fue continuada por un autor anónimo hasta 1236, POTTHAST, *Bibliotheca*, II, p. 1, 1.068.

⁸⁹⁹ De un autor de Mantua, llega en la serie de los emperadores hasta 1250 y en la de los papas hasta 1274, *Repertorium*, III, p. 419.

⁹⁰⁰ Anales de la ciudad de Génova iniciados por CAFFARO DE CASCHIFELLONE (1008-1166) y continuados por varios autores hasta 1294, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.129, p. 287; y *Repertorium*, II, pp. 291-292.

⁹⁰¹ Empúries. El golfo de Roses.

⁹⁰² Referencias a otras guerras victoriosas de Génova son: la Comuna de Génova envía ante el emperador al arzobispo Bonifacio para solicitarle guardar privilegios y le entregan un ejemplar de los privilegios redactados por ella: *Et eodem exemplario ante eum sine mora delato, ut ante eum legeretur et eius memorie occurreret quod promiserat, statim ipse ne legeretur prohibuit, dicens: «Ego consimile habeo, et bene novi quid in eo continetur. Vultis vos placitari mecum? Ego vobis faciam*

In eodem [1212] quidem consulatu rex Aragonensis cum maxima multitudine militum et peditum et cum multis croxatis Francigenis, Bergognonis, Theotonicis, et alii multis hominibus undique congregatis, inter quos fuit abbas Cisterciensis et legati sáncte Romane ecclesie et multi principes et barones et reges, scilicet rex Aragonensis qui caput et inceptor illius operis fuit, rex de Castella, et rex Navarre, et electus in archiepiscopum Narbone legatus Romane ecclesie, Yspaniam intraverunt, et castra et loca multa Sarracenorum et civitates preliando ceperunt. In fine vero Milemimenin cum innumerabili exercitu Yspaniam venit; et cum pervenisset in partibus Cordube, Christiani erectis vexillis contra ipsum equitarunt, et incepto prelio inter Christianos et Sarracenos, cum per plures dies durasset prelium, in fine tamen, sicut volunta Dei fuit dextera Domini fatiente virtutem, devicti sunt Sarraceni, et fugans capientes et terga vertentes, ultra tres centum milaria⁹⁰³ Sarracenorum interfecti fuerunt, et Milemimenin cum sua compagna fugit, et se recepit in civitate Muleche⁹⁰⁴, ibi qui intravit in galea una et Sibiliam perrexit; et hoc fuit mense Iulio, die dominica in festivitate beate Marie Magdalene. Post modum Christiani cum victoria reversi sunt in castris et locis per Yspaniam constitutis. (...)

In mense autem Septembris rex Aragonensis cum comite Tholose et cum maxima multitudine militum et peditum in castro Murello prope Thelosam per tres leugas obsedit Symon comitem de Monforte, et cum castrum et terram reddere vellit, noluit illam recipere nisi personam suam se redderet pro presione. Habito consilio cum militibus suis, armarunt se et exierunt de castro, et in primo assaltu invenerunt regem et cum sue compagna interfecerunt, et multos milites et pedites, et exercitum totum fugarunt, tendas quoque papillones et arnesium habuerunt. Et cum essent ultra sexaginta miliaria, illi de parte comitis Symonis non erant ultra septingenti, et de quibus non remanserunt in campo mortui nisi solimmodo miles unus et tres servientes⁹⁰⁵.

1214 (...) In mense vero Novembris Mirobadadus Nicienses civis una cum Antepelicano episcopo Ianuam⁹⁰⁶ nuntium suum miserunt, et comuni Ianue Niciensem civitatem dederunt ad hostem et cavalcata faciendam, et collectam maris dandam, et Ianuensem compagnam iurandam, secundum quod continetur in carta inde facta per manum Marchisii scribe in manibus nobilis consulis Ianue Oberti Spinulle, qui cum multis nobilibus illuc iverat, et castrum Niciense situm infra civitatem Nitie, in quo Aragonenses habitabant, penitus destruxit.

rationem. Set illud vere sciatis, quod non dabo vobis in regno Sicilie...., ne eritis mei consortes; nec ad hoc studeatis ut mecum habeatis terram communem. Set si vultis exercitum facere, ego consuper regem Aragonie, ego ero vobiscum». Quid plura? Ad hoc videbatur, ut peccunia nobili cum eo transigeret civitas Ianue. Qui discordati, discesserunt ab eo et Ianuam redierunt. Ipse vero imperator ivit in Alamanniam, MGHSS, XVIII (1863), p. 112; cit. parcial MIRET, «Itinerario», IV, p. 108, n. 1.

⁹⁰³ ultra tria millia, *RISS*.

⁹⁰⁴ ¿Málaga?

⁹⁰⁵ «En Génova produjo, pues, mal disimulada satisfacción, la derrota de los catalanes y aragoneses por los cruzados, no por fanatismo religioso, sino por ódio á sus rivales en el Mediterráneo y por mala voluntad á los que impedían la expansión de la influencia genovesa en Provenza», MIRET, «Itinerario», IV, p. 108 (atribuye este texto a CAFFARO).

⁹⁰⁶ El obispo de Génova era Otto.

295. SICARDO DI CREMONA, *Chronica* (Creación-1213-h. 1222)⁹⁰⁷

MGHSS, XXXI (1903), pp. 78-183, esp. p. 180.

1212. Eodem anno, scilicet MCCXII, Almiramomelin rex Mauritanie veniens in Yspaniam cum infinita multitudine Sarracenorum minitabatur non solum Yspanias, sed et Romam, immo Europam capere universam. Set auxiliante gratia et misericordia domini nostri Ihesu Christi et s[ollertia] domini Pape Innocentii reges Aragonum et Navarre et Castelle occurrerunt paganis et eos de finibus Esperie fugaverunt XVII.^o kalendas Augusti.

296. COSTANTINO DI ORVIETO, *Leyenda de Santo Domingo* (1246-1247)⁹⁰⁸

Ed. H.C. SCHEEBEN, *MOPH*, 16, Monumenta Historica S.P.N. Dominici, 2 Roma, 1935, pp. 286-352, esp. pp. 324-325; trad. M. GELABERT, J.M.^a MILAGRO y J.M.^a de GARGANTA, *Santo Domingo de Guzmán visto por sus contemporáneos*, «BAC», 22, Madrid, 1966, pp. 341-387, esp. pp. 368-369.

Qualiter previdit mortem regis Aragonum.

55. Sane demoratus est aliquando vir Dei apud Carcassonam in domo episcopi per unam quadragesimam, predicationi insistens, ubi etiam vices episcopi, tunc temporis existentis in Francia, ab eodem sibi commissas in spiritualibus exercebat. Cum autem in diebus illis guerram multum increceret inter dominum Simonem comitem Montisfortis pro parte ecclesie et comitem Tolosanum, comesque Tolosanum multum inciperet adversus ecclesiam prevalere, conversus quidam Cisterciensis ordinis, vir religiosus ibidem existens, dolens quamplurimum super his et ad virum Dei Dominicum quadam die sic affectus accedens: «Magister», inquit, «Dominice, numquamne finem habitura sunt ista mala?» Cumque vir Dei reticeret, illeque importunius ageret non ignorans, quod ei multa dominus revelaret, tandem presente fratre Stephano Metensi, socio suo tunc temporis, cuius etiam hoc frequenti relatione vulgatum est, «Finem», ait, «certe habebit istorum Tolosanorum malitia, finem habebit, longe tamen est finis. Multorum sanguis interim effundetur, et unus rex in huius guerre certamine interemptus occumbet». Illis autem timentibus, ne hoc de rege Francie, qui tunc de novo assumpserat negotium Albigense, deberet intelligi, «Ne timeatis», inquit, «de rege Francie, alius rex erit et cito erit, cuius vitam presentis guerre varietas intercidet». Sequenti igitur anno rex Aragonum, iuvans partes comitis Tolosani, in prelio occidit, qui utinam non in perpetuum contra Ecclesiam videlicet dimicando infelicius occidisset.

297. LANDULFO (DI) COLONNA, *Breviarum historiarum* (Creación-1250)⁹⁰⁹

BNF, ms. lat. 4.912, fols. 221v-224, transcr. y notas WAGNER, «*Debellare Albigenses*», 437H.

Anno ab incarnatione Domini M CC VII primum in Occidentem cepta est predicari crux contra Albigenses hereticos in partibus Tholosanis. Quo tempore missi

⁹⁰⁷ Obispo de Cremona (1185-1215), es un autor conocido por su interés en los asuntos de Oriente, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.288, p. 21.

⁹⁰⁸ Dominico (m. 1258) y obispo de Orvieto, su obra fue fuente de la biografía de HUBERT DE ROMANS.

⁹⁰⁹ Llamado también *Landulfus de Columna* (m. 1329), nació en Roma y fue canónigo de Chartres entre 1290-1328. Está relacionado con Giovanni (di) Colonna («Testimonios», n.º 302), MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.910, pp. 208-209; y *Repertorium Fontium Historiae Medii Aevii*, III, Roma 1970, p. 517.

sunt XII abbates cyster-cienses ordinis ab Innocencio papa .III. cum uno sedis ap[osta]l[i]ce legato. In quo legacione fuit ex Hyspania Didacus Exomensis⁹¹⁰ episcopus, vir scientatis exunie, cuius socius fuit beatus Dominicus, primus pater et fundator ordinis Predicatorum. Fuit autem licet beatus Dominicus ex Hyspania oriundus... (...)

...Et de progressu catholicorum contra Albigenses hereticos Symone Comite Montisforti. Et de perfecone et fervore Beati Dominici contra hereticos... (...)

Anno Domini M CC VIII... (...)

Eodem tempore crucesignati regni Francorum et aliorum Provinciarum contra Albigenses hereticos iter arripiunt. Eisque comes adiungit Tolosanus, quem dominus papa per legatum absolverat. Itaque primo illorum adventur Biterris a fidelibus capitur omnes que pariter trucidantur. Post licet Carcasona a catholicis obsidione vallatur, qua capta Rogerus quidam qui in eadem civitate caput erat, et princeps hereticorum captus arte custodie mancipatur. Hiis duabus urbibus expugnatis cum primam maiores exercitus ad reditum anhelarent, uno cum consensu Symon comes Montis Fortis toti regioni acquisite peritus et acquirende perficitur. Erat enim hic vir eleganti forma, fide preclarus, armis strenuus, genere nobilis, prudentia magnus, in genio prospicax, largus, magnificus, affabilis, fidei christiane defensor ac hereticorum acerimus impugnator. Hic ex eo tempore quo Gallorum principes ad expugnandos hereticos in terra Albigensibus venerunt. Nunquam nisi semel in Galliam est reversus, sed in servicio Dei indefesse usque ad finem perseverans in eadem provincia aiudam [?] pro Christo positione [?] meruit ut postea diceretur. Fuit autem cum eo Dominus qui omnia eius opera dirigebat per manus eius hereticos expugando. Aderat ei vir ille mirabilis beatus Dominicus qui illi valde familiaris erat, hic feruens in fide rationibus et disputacionibus hereticos dellabat. Insuper ad bellandum bella Domini frequentibus predicacionibus exhortacionibus fidelium populos... (...)

Eodem tempore fideles contra hereticos Albigenses se armaverant Minerbiam municipium capiunt ubi multi ex hereticis capti atque interfici sunt. Cumque captis daretur opcio ut quicumque vellet heresim abiurare liber recederet C.LXXX ex eis in peccato obstinati pocius conburi quam heresim abiurare elegerint. (...)

...Et de predicacione crucis contra Albigenses hereticos. Et... (...)

Eodem anno Petrus monachus de Castro Novo, legatus a domino papa Innocencius missus est, que Comitem Tholosanum tamquam hereticor favoret excommunicat. Lata autem sententia cum comes illi mortem publice comminaretur legato de villa Sancti Egidii recedente secuti sunt illum duo comitis armigeri acque non longue a flumine illum reperientes unus ex illis lanceam in latu eius infixit: «Qui vulnere mortem accepto verso capite homicidam resperit», dixitque illi pluries repetendo: «Deus tibi indulgeat frater et ego tibi indulgo». Quo dicto expiravit. Hoc audito, dominus papa misit in Franciam legatum Gualonem Sancte Marie in Portico dyaconum Cardinalem virus peritus et magne prudentie virorum [?] et fidei christiane maximum zelatorem mandans regi et universas eius principibus ut tanquam viri catholici ac fideles et fidei defensores terras Tholosanas et Albigensibus ac Narbonensibus alias que quas fidei christiane inpu gnatores et subversores heretici occupaverant in remissionem pecc[at]orum expugnarent. (...)

⁹¹⁰ Oxomensis.

...et de miraculosa victoria comitis Montis Fortis de hereticis De... (...)

Eodem anno [1213] vir strenuus et illustris comes Symon de Monte Forti, qui contra hereticos de Albigesio bella Domini gerebat, cum multas civitates et oppida expugnasset, multas castra eos non sine miraculo victorias divinitus optinisset. Ad ultimum rex Aragonum et comes Sancti Egidii et comes de Foiis cum multitudine infinita illum infra castrum quod Murellum vocatur obsederant. Qui cum cerneret se ob defectum victualium diu cenere not posse cum not haberet nisi .CCLX. milites ac armatos pedites. Vc. spem suam ponens in Domino, et invocata Sancti Spiritus gratiam, fiducialiter castrum egressus non timuit illas tantam et tam ferocem multitudinem agredere, que post modicam resistenciam fugientes fere XVII milia de exercitu eodem prelio perierunt, sed de fidelium populo non nisi octo peregrini ceciderunt. Hunc Simonem comitem Montis Fortis propter singularem in bellis invice atque prosperitatem comitem fortem vocabant. Qui cum esset in bellis strenuissimus et tot negociis implicatus, coctidie tamen missam et omnes horas canonicas audiebat.

298. SALIMBENE DE ADAM (o DA PARMA), *Chronica* (1167-1287)⁹¹¹

MGHSS, XXXII (1905-1913), pp. 1-95, esp. pp. 28-30; y ed. G. SCALIA, «Scrittori d'Italia», Bari, 1966, pp. 40-41.

1212. Item eodem anno Almiramolinus rex Mauritanie veniens in Hispaniam cum infinita multitudine Sarracenorum minitabatur non solum Yspanias, sed etiam Romam, immo Europam capere universam. Sed Innocentius papa Christianorum signaculum insignitorum fecit contra illos multitudinem congregari; qui prima fatie Malagon castrum ceperunt, deinde Colatronam⁹¹², Alarcos, Benaventum, Petrabonam occupantes, ad portum Muradal fixere tentoria. Portus autem artus erat, ut ducenti homines quasi toti mundo transitum prohiberent. Nostris igitur hesitantibus, etce duo Christicole sub specie venatorum; quibus precedentibus ex alio montis latere contra spem Sarracenorum totus montem pertransiit Christianorum exercitus, die sabbati, non longe a castris inimicorum Christi temptoria figens. Die Lune diluculo dispositis aciebus in campo, XVII.º kal[endas] Augusti congressi sunt Christiani et inimici Christi. Et per gratiam salvatoris christianissimis regibus Aragonum et Navarre et Castelle trucidantibus hostes terga verterunt; quorum infinita milia Christicolarum gladius devoravit. Nam per V leugas fugati sine numero corruerunt. Deinde nostri habita victoria procedentes Ubendam civitatem viriliter occuparunt. In qua sexaginta milia utriusque sexus gentilium occiderunt. Demum Christianus exercitus ad propria remeavit, agens gratiam salvatori cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Hic verba Sichardi episcopi deserverunt.

Porro anno et millesimo supraposito rex Francie cum comite Montis Fortis cruce signatus fuit est preparatus cum aliis hominibus cruce signatis pro prelio et exercitu, qui fuit in Yspania, quando apud a Muradal imperatur Sarracenorum qui devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus yspanis, scilicet Castelle, Navarre, Aragonie, cum adiutorio Portugalensium; de quibus XI milia prima acie mortui fuerunt.

⁹¹¹ Franciscano de origen noble nacido en Parma (1221-h. 1290), su obra, de gran valor, es a la vez una autobiografía, una historia de los franciscanos, una crónica lombarda y una crónica universal, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.736, pp. 157-160.

⁹¹² Calatravam.

299. BARTOLOMEO DA LUCCA, *Annales* (1303-1306)⁹¹³

MGHSS, n.s. 8 (1930), pp. 1-242, esp. pp. 93, 94 y 95.

Anno Domini MCCXIII. Almimolinus imperator Saracenorum transit de Marrochis et invadendum Christianos, veniensque Tolletum comminatus est, quod in despectum crucis et ipsam adorantium Hispaniam occuparet. Tunc predicata fuit crux in tota Yspanie regione et Gallie. Convenientes igitur principes Occidentis, videlicet Alfonsus rex Castelle, Sanctus rex Navarre et rex Arragonum magnam secum trahunt multitudinem populi. Appropinquantes vero Saracenis durissimum fecerunt congressum, duravitque pugna de mane usque ad vespervas. Tantaque facta est strages Saracenorum totque occisi sunt, quod de ipsorum sanguine quasi factus est rivus; sicque Almimolinus super unam equam in Marrochium se transfert et confusus recessit. Et extunc Saraceni in Hispania numquam habuerunt virtutem. (...)

Eodem etiam anno citatur, comes Tholosanus ab Innocentio papa, quia accusabatur, quod esset hereticorum fautor, sed non comparet; propter quam causam papa ipsum excommunicat.

Anno Domini MCCV, rex Francie exercitum mictit contra predictum comitem ut in *Gestis Francorum* habetur, ex mandato Innocentii, ducemque dicti exercitus constituit dominum Symonem comitem Montis-fortis. (...)

Anno Domini MCCVI. Comes Simon pugnat cum sua gente exercitu congregatu per comitem Tholosanum. In cuius auditorio fuit rex Aragonum, ut in *Gestis Francorum* habetur, cum sua militia; et subcubuit exercitus comitis et devictus [*est*]; ubi et rex Aragonum moritur in bello, et cum ipso multi milites eius et de gente Tholosana similiter. Legitur etiam in *Gestis* dicti comitis, qualiter dictus comes beato Dominico fuit multum devotus, qua ratione reditus unius castris eidem donavit.

300. BARTOLOMEO DA LUCCA, *Historia ecclesiastica nova* (ha. 1323)

RISS, XI (1727), pp. 753-1242, esp. lib. XXI, cap. ix, cols. 1.123-1.124.

Anno igitur MCCIV. Pontificatus Innocentii anno VI. In Hispania magna novitas accidit circa Saracenos, quia Almimolinus Imperator Saracenorum de Africa cum infinita multitudine Saracenorum intravit in Hispaniam, et venit contra Tolletum, indixitque bellum omnibus adorantibus Crucem: ex quo facta est magna commotio omnium Principum Occidentis. Sed quia Gallici modo quodam dominatio illuc venerant, Hispani non volentes sustinere, rogaverunt, ut redirent ad propria; et in hoc affuit Pape mandatum. Quibus redeuntibus, Innocentius beneficium Crucis confert omnibus Hispanis volentibus pugnare contra dictos canes. Tunc congregati sunt Reges Hispanie contra ipsos, et cum essent Saraceni concatenati cum gregibus equorum, fregerunt catenas; tantaque facta est strages de eis, ut rivi sanguinis fluerent per vias de occisis Saracenorum. Almimolinus vero fugit cum paucis super unam parvam equam propter maiorem velocitatem currendi, et in cursu perseverandi, et sic in Africam confusus se transfert.

⁹¹³ Llamado *Tolomeus* o *Ptolomeus*, fue dominico de Lucca (m. 1327). Discípulo amigo y confesor de Tomás de Aquino, visitó toda Italia y Francia y consultó numerosos archivos, siendo abad de Torcello en 1318, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.908, pp. 207-208; y ORCÁSTEGUI y SARASA, *La historia en la Edad Media*, pp. 216-217.

Et ab eo tempore Saraceni in Hispania perdiderunt, et magnam paulatim amiserunt terram, ac continue in Principatu deficiunt usque ad tempora ista. (...)

Eodem anno Didacus matinus Regis Castelle... (...) ...de partibus Tholosanis recedens, vadit in Hispaniam relicto Tholose Beato Dominico occasione Hereticorum, qui in partibus illis multum pullullaverant, pro quorum extirpatione Beatus Dominicus totus ardebat. Unde adjunctis sibi aliquibus viris zelatoribus, par XI. annos fuit in partibus Tholosanis et Albigensibus ad hereses extirpandas illius regionis ante sui Ordinis confirmationem, quod fuit ab anno Domini MCCV. Usque ad MCCXVI., in quo tempore cum Comite Simone Montis Fortis familiaritatem contraxit magnam, qui missus fuerat illuc a Philippo Rege Francorum ex mandato Innocentii contra comitem Tholosanum, qui notatus erat, quod esset Hereticorum fautor. Quam ob causam, ut *Gesta Francorum* tradunt, citatus est ab Innocentio Papa, sed eo non comparente, excommunicatur ab ipso. Post hec Innocentius legatum missit in Franciam Gualonem nomine Sancte Marie in Porticu Diaconum Cardinalem, ut scribit Vincentius, ad Predicandam crucem contra Comitem Tholosanum quod fuit anno Domini MCCVIII. Et tunc fuit missus Comes Simon contra ipsum Comitem, bellumque habuit cum ipso, adjuvante Comiti Tholosano Rege Aragonum, qui ambo a Comite Simone devicti sunt, et Rex Aragonum mortuus est in bello.

301. GIOVANNI VILLANI, *Nuova cronica* (1280-1348)⁹¹⁴

Ed. G. PORTA, 3 vols., Milán-Parma, Fondazione Pietro Bembo/Ugo Guanda Editores, 1990-1991, I, lib. VI, cap. xxxv, p. 263; cit. y reprod. fragmentaria R. SÁNCHEZ SESA, «La cronística toscana bajomedieval y la imagen de la Península Ibérica», *En la España Medieval*, 20 (1997), pp. 31-56, esp. p. 47, n. 85.

...essendo il conte di Barzellona e di Valenza, onde furono poi i suoi dicendenti re d'Aragona, ad assedio de la città di Carcasciona che vi cosava ragione, la quale tenea il detto re di Francia e eravi dentro il conte di Monforte con buona gente, il quale uscì fuori vigorosamente, e assalì improvviso e sconfisse l'oste de' Catalani, e fu preso il conte di Barzellona, e per gli Francheschi tagliatagli la testa...⁹¹⁵

302. GIOVANNI (DI) COLONNA, *Mari historiarum* (h. 1339-1340)⁹¹⁶

Ex Johannis de Columnna Mari Historiarum, MGHSS, XXIV (1879), pp. 269-284, esp. p. 281.

...et apromodo rex Hispanie Sarracenos debellavit... (...)

...et de miraculosa victoria comitis Montisfortis de hereticis...

⁹¹⁴ El más grande historiador florentino del Medievo, su obra es una excelente crónica local y universal que fue continuada por sus hijos Matteo y Filippo, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.921, pp. 212-213; y ORCÁSTEGUI y SARASA, *La historia en la Edad Media*, p. 230.

⁹¹⁵ Comentarios a esta versión de la batalla de Muret, ALVIRA, *El Jueves de Muret*, pp. 346-348. Aparece también en la *Storia Fiorentina* (ss. XIII-XIV) de RICORDANO MALISPINI (ed. V. FOLLINI, Florencia, 1816, ed. facs. Roma, 1976, p. 79).

⁹¹⁶ Dominico (h. 1298-h. 1343), sobrino de Landulfo di Colonna, esta obra suya llega hasta 1250, *Repertorium*, III, p. 516; y MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.911, pp. 209-210.

303. BARTOLOMEO DELLA PUGLIOLA, *Cronica di Bologna (1104-1394)*⁹¹⁷

Cronica di Bologna, RISS, XVIII (1731), pp. 237-792, esp. p. 251, reed. 1911, XVIII-1 pp. 75-76.

[Crónica A]

Item in quello anno del mese de mazo el re Malsamuto e lo re Orimilino e lo re de Garsia et altri ri e duxi e principi e multi senza numero recolseno hoste de Sarasini de Maiolicha e de Cordoa e de Maroch et de tucta pagania, e cum soi navillii arivono in la parte de Spagna guastando città e castelle, despresiendo Dio e li soi santi. Et Dio vite la soa superbia e lla nequidade che la christianità voleano destrugere che soe lettere mandono a Roma al papa che lo refidasse lo papadego e regimientio de' Christiani, digando che le leze soe erano migliore che quelle de' Christiani. L'una parte e l'altra si deno ordine che li Christiani toleseno uno per la parte soa e li Saraxini toleseno uno per la soa, e che tramedui combatesseno; e choloro che fussenno vinti doveseno tornare in l'altra parte. Li Saraxini elieseno uno che havea nome Masamuto e li Christiani elieseno l'abà de Zestello⁹¹⁸ et a l'ottava de sam Zohanne feno la bataglia forte e dura, et per la gratia de Dio l'abate vinse. Non volseno tornare a la fede nostra, ma el ne fu morti e prisì asai e l'avanzo se ne retornoro in soi paisi.

[Crónica B]

Come li Saraceni veneno con magno exercito in Yspagna.

MCCXII (...) Il Re Ormelino, il Re Massamuto, e il Re di Garsea Saraceni, e molti altre Re, Duchi, e Principi, raccolsero un grande exercito di Saraceni di Majorica, di Cordova, di Marocco, e di tutta la Pagania, e con molti navili arrivarono nelle parti di Spagna, gaustando Città e Castella, disprezzando Idio e i suoi Sancti. E mandaronno lettere al Papa ch'egli rifiutasse il Papato, e il reggimento de Christiani, allegando, che la leggi loro erano migliori che quelle de Christiani. Del che l'una parte e l'altra diedero ordine che i Christiani togliessero un'uomo per la sua parte, e i Saraceni ne togliessero un'altro per la sua; e che questi due vomini combatessero isieme, e qugli che vincesse, dovesse essere Signore del campo, e ogni vomo dovesse credere a quelle Legge, e così rimasero in concordia. I Saraceni elesero un'uomo nominato Massamuto; I Christiani elessero un'Abate di Cistello, e nell'otava di San Giovanni fecero una bataglia forte e dura, e per la grazia di Dio l'Abate vinse il predetto Massamuto. Ma i Saraceni non vollero serbare la Fede Cristiana. Allora i Christiani presero ed uccifero gran quantità di que'Saraceni, e molti ne tornarono nello loro contra per nave.

304. MATTEO PALMIERI, *Chronicon ex liber eius de temporibus sive Chronicon Florentinum (449-1449)*⁹¹⁹

RISS, XXVI-1 (reed. 1906), pp. 1-127, esp. p. 103.

[*Con fecha equivocada 1246*]

⁹¹⁷ También llamada *Historia miscella Bononiensis*, es una fuente detallada e importante que fue continuada por un anónimo hasta 1471, MOLINIER, *Sources*, IV, n.º 3.533, p. 106.

⁹¹⁸ Cabría identificar a este combativo abad del Císter con Arnau Amalric o, al menos, con su leyenda, véase ALVIRA, «Le *vénéral* Arnaud Amaury», pp. 23-24.

⁹¹⁹ Cronista florentino (m. 1475), POTTHAST, *Bibliotheca*, p. 891.

Memellinus, potentissimus Afrorum rex, Hispaniam ingressus Cristianos persequitur, qua propter Galli Hispanis iuncti illum superant; ob cuius victoriae gloriam eius vexillum Romam mittunt, et in ecclesia Sancti Petri suspendunt.

· SUR Y SICILIA

305. ANALES DE MONTECASSINO (1000-1212)⁹²⁰

Annales Casinenses, MGHSS, XIX (1866), pp. 303-320, esp. p. 319.

1209 (...) Fredericus rex Sicilie duxit in uxorem sororem regis [A]Ragonensis.

306. ANALES DE SICILIA (1027-1252-1282)⁹²¹

Annales Siculi, MGHSS, XIX (1866), pp. 494-500, esp. p. 496.

Anno Domini 1209. Decimo quinto mensis Augusti, duodecime indictionis, domna Constanca de Aragonia applicuit Panormum: et domnus rex Fridericus in eodem mense desponsavit eam.

307. RICCARDO DI SAN GERMANO, *Chronica regni Sicilie* (1189-1243)⁹²²

MGHSS, XIX (1866), pp. 323-386, esp. pp. 334-335.

1209 (...) Fredericus rex Sicilie uxorem duxit Constantiam sororem regis Aragonum.

1212 (...) Hoc anno Christiani principes, videlicet rex Castelle, rex Navarre et rex Arragonum, cum Mirammolino Sarracenorum principe prelium ineuntes, Dei favente virtute, contra eum optinerunt. Quod ad omnium orientalium gaudium et exultationem; idem rex Castelle de tanta Christianis principibus celitus concessa victoria dicto Innocentio pape litteris mittit. Mittit etiam de acceptis Sarracenorum spoliis eidem honorabilia exenia, tentorium videlicet totum sericum et vexillum auro contextum. Quod in principis apostolorum basilica in laudem nominis Christi appensum est. (...)

1222. Hoc est corpus domine Constancie illustris Romanorum imperatricis, semper auguste et regine Sicilie, uxoris domini imperatoris Frederici et filie regis Aragonum⁹²³. Obiit autem anno dominice incarnationis millesimo CC.XXII, XXIII junii, X indictione, in civitate Catanie⁹²⁴.

⁹²⁰ Anales del célebre monasterio benedictino de Montecassino (Lazio).

⁹²¹ Elaborados en un monasterio de Messina, *Repertorium*, II, p. 335.

⁹²² Notario de Federico II (m. h. 1243), su obra es de primer orden para la historia de la Italia meridional y de las Cruzadas, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.763, pp. 165-166.

⁹²³ Es interesante que la reina Constanza sea llamada «hija» del rey de Aragón (Alfonso el Trovador) y no «hermana» de Pedro el Católico. ¿Podríamos ver aquí, quizá, un reflejo de su mala imagen después de Muret?

⁹²⁴ Cit. HUIILLARD-BRÉHOLLES, *Historia Diplomatica Friderici Secundi*, II-1, p. 258. La reina Costanza murió el 23 de junio de 1222 y fue enterrada en la catedral de Palermo en una tumba que aún se conserva. Según HUIILLARD-BRÉHOLLES, «haec inscriptio in argentea lamina inci-

308. ALBERTO MILIOLI DI REGGIO, *Liber de temporibus et etatibus regibus* (h. 1286)⁹²⁵

MGHSS, XXXI (1903), pp. 353-572, esp. p. 453.

Cap. CLXXXXVI [*Papa Inocencio III*]

Eo tempore magnum prelium factum est in Yspania, quando apud Muradal imperator Sarracenorum devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navare, Aragonense, cum auditorio Portugalensium; de quibus XI milia prima acie mortui fuerunt, et cum adiutorio regi Legionensium.

309. ALBERTO MILIOLI DI REGGIO, *Cronice Imperarotum Latinorum et Grecorum et regum Longobardorum et aliis gestis* (h. 1286)

MGHSS, XXXI (1903), pp. 573-668, pp. 656-657.

Cap. CLXXXII. *De rege Sycilie et de gestis, que fuerunt in Yspania contra Saracenos, et qualiter devicti fuerunt et mortui a Christianis.*

Eodem anno Almiramomelin rex Mauritanie veniens in Yspaniam cum infinita multitudine Sarracenorum minitabatur non solum Yspanias, sed et Romam, immo Europam capere universam. Sed Innocentius papa tercius Christianorum signaculo crucis insignitorum fecit contra illos multitudinem congregari; qui prima facie Malagon castrum ceperunt, deinde Calatravam, Alarcos, Benaventum, Petrabonam occupantes, ad portum Muradal fixere temptoria. Portus autem artus erat, ut ducenti homines quasi toti mundo transitum prohiberent; nostris igitur hesitantibus, ecce duo Christicole sub specie venatorum; quibus precedentibus ex alio montis latere contra spem Sarracenorum totus montem pertransiit Christianorum exercitus die sabbati, non longe a castris inimicorum Christi temptoria figens; die Lune diluculo dispositis aciebus in campo, XVII.^o kal[endas] Augusti congressi sunt Christiani et inimici Christi. Et per gratiam Salvatoris, christianissimis regibus Aragonum et Navarre et Castelle trucidantibus hostes terga verterunt; quorum infinita milia Christi colarum gladius devoravit. Nam per quinque leugas fugati sine numero corruerunt. De mortui habita victoria procedentes Úbedam civitatem viriliter occuparunt; in qua sexaginta milia utriusque sexus gentilium ceciderunt; demum Christianus exercitus ad propria remeavit, agens gratiam Salvatori qui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Eodem anno alias dicitur, quod rex Francie cum comite Montis-Fortis et alias hominibus crucesignatis, et de prelio et exercitu, quod fuit in Yspania, quando apud a Muradal imperatur Sarracenorum qui devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navare, Aragonense, cum adiutorio Portugalensium; de quibus XI milia prima acie mortui fuerunt, et cum adiutorio Portugalensium⁹²⁶.

sa reperta fuit in ipso sepulcro quod bis, annis scilicet 1481 et 1782, apertum fuisse noscimus». El epitafio dice: *OBIIT · CATANIE · MCCXII / + SICANIE · REGINA · FUI · / CONSTANTIA · CONIVNX · / AUGUSTA · HIC · HABITO · / NVNC · FEDERICE · TVA.* (reprod. BENOIT, *Recueil*, I, p 81, n. 1).

⁹²⁵ Natural de Reggio Emilia, donde fue *sacri palatii notarius*, es un autor del norte de Italia, pero lo mantenemos aquí por no alterar la numeración general.

⁹²⁶ Legionensium.

V. IMPERIO ROMANO-GERMÁNICO Y EUROPA CENTRAL

· ALSACIA-LORENA

310. ANALES DE MARBACH (631-1212-1238)⁹²⁷

Annales Marbacenses. Continuatio Hogenburgensis, ed. H. BLOCH, *Scriptores rerum Germanicarum*, Hannover, 1908, pp. 1-84, pp. 83 y 84.

Eodem anno [1212] facta est expeditio cruce signatorum a duce Austrie et quibusdam terre baronibus aliisque diverse conditionis hominibus in auxilium comiti de Munforrat⁹²⁸ ad impugnandam Albienses, qui et Ruptarii vel Coterelli, hereticos scilicet de terra Sancti Egidii, mandante hoc ipsum et agente papa Innocentio, qui iter illud iniungi faciebat in remissionem peccatorum. (...)

1209. Idem Fridericus iam duxerat uxorem reginam Aragonum, de qua genuit filium nomine Heinricum, postea regem⁹²⁹.

311. ANALES DE SAINT-PAUL DE VERDUN (908-1215)⁹³⁰

Annales Sancti Pauli Verdunensis, MGHSS, XVI (1859), pp. 500-502, esp. p. 501.

1213. Bellum fuit inter christianos et paganos qui ad auxilium Albiogois in aperto campo; set Deo Christianos auxilium ferente, victoriam obtinuerunt christiani, occisis de paganis 100 milibus, cum vix 300 christiani occubuerint, in die sanctorum Aurei et Iustine.

· RENANIA

312. CRÓNICA REGIA DE COLONIA. CONTINUACIÓN (1175-1220)⁹³¹

Chronica regiae Coloniensis. Continuatio prima, MGHSS, XXIV (1879), pp. 1-20, esp. pp. 5 y 16.

Anno dominice incarnationis 1211 (...) Eodem anno Mummilinus rex Affrice collecto innumerabili exercitu, transferavit, multasque regiones in cismarinis partibus pertrasiens, cuncta potestati sue subiecit; tandemque regnum Hypanorum ingressus, regem bello potenter apetiit, castrum quoddam inexpugnabile humanoque ingenio insuperabile superavit destruxit; omnibusque pro libitu peractis, ipsi regi omnique populo terre sequenti anno in manu forti se demio venturum interminatus, in terram suam reversus est. (...)

⁹²⁷ Marbach, en Alsacia (Dep. Haute-Rhin), su crónica consta de tres partes: *Cronica Hohenburgensis* (631-1212), *Continuatio Neoburgensis* (1213-1238 [1262]) y una tercera del siglo XIV, *Repertorium*, II, p. 301.

⁹²⁸ Montfort.

⁹²⁹ *Mense Augusto anni 1209. Fridericus Constantiam filiam Alfonsi regis Arragonum in matrimonium duxerat*, HAMPE, *Histor. Vierteljahrschrift*, III, pp. 161 y ss., cit. ANNALES MARBACENSES, ed. H. BLOCH, *Scriptores rerum Germanicarum*, Hannover, 1908, p. 84, n. 5.

⁹³⁰ Anales de esta iglesia de Lorena encontrados en un ms. del s. XIII, MOLINIER, *Sources*, II, n.º 1.678, p. 149.

⁹³¹ También llamada *Annales Colonienses maximi*, fue compuesta en Colonia o cerca, siendo muy importante para la historia general y de las Cruzadas, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.301, p. 25 y 2747, p. 161; *Repertorium*, III, p. 315.

Anno dominice incarnationis 1212 (...) Item rex Affrice Mummilinus transiecto mari iis multitudine gravi terram Hispanorum rursus ingressus est.

313. ANALES DE COLONIA (ha. 1238)⁹³²

Annales Sancti Panthaelonis Coloniensis, MGHSS, XVII (1861), pp. 729-847, esp. pp. 825-827.

[1211] Post quam recessum Tolonenses cum ceteris Begginis Massamutum regem Marroch petentes, contra catholicos eim implorabant auxilium. Qui votis eorum anuens congregata mox innumerabili multitudine Sarracenorum, ad expugnandam et subbendam sibi terram christianorum transmisit. Qui navigio mare transeuntes, primo terram regis Hispanie invadentes et usquead 7 dietas omnis devastantes, civitates cum castellis ceperunt, occisis ac fugatis habitatoribus earum christianis. Bellum etiam idem Massamutus omnibus in cruce Christi gloriantibus sequenti anno indixit quarta feria ante pentecostes⁹³³. (...)

Eodem anno [1212] multitudo populi ex omni Saxonia et Westfalia et Fresia et diversis partibus cruce signati ad expugnandos Begginos proficiscuntur. Quorum multi terrore exercitus relictis civitatibus et castris fugerunt, alii miseratione Dei per cardinalem, qui a sede Romana illuc missus fuerat, relicto errore ad fidem catholicam revocantur, ecclesie aperiuntur et mudantur, officia divina resumuntur, misse publice coram peregrinis celebrantur. His ita patrat, quidam ad natale solum revertuntur, quidam cum duce Austrie Lutpoldo ad Hispanias contra ethnicos pugnaturi progrediuntur. Ibi enim infinita multitudo Sarracenorum et ceterorum gentilium, a Massamuto rege Marroth missa, navigio mare transierat, ut illi totam Hispaniam subiceret, et omnes christianos ex ea eliminaret. Commisso itaque bello a rege Hispanie et ceteris christianis cum eo, domino Deo populo suo victoriam conferente, innumerabilis multitudo eorum prosternitur, ceteri autem ad naves fugientes in mare demerguntur. (...)

A.D. 1213. Symon de Monte Forti cum christianis, qui ei in auxilium venerant, Tolosam civitatem contra comitem Sancti Egdii et Begginos profectus, bellum instituit. Ubi congressione facta, rex Arragone, qui Begginis in auxilium venerat, occiditur, et christiani victoriam consequuntur.

314. CĀSARIUS VON HEISTERBACH, *Dialogus miraculorum* (1219-1223)⁹³⁴

Ed. J. STRANGE, *Dialogus miraculorum*, 2 vols., Colonia-Bonn-Bruselas, 1851, reimpr. Ridgewood, New Jersey, 1966, I, cap. xxi, pp. 300-303; trad. fragmentaria MONDĒJAR, ap. CVII; trad. fragmentaria ing. WAKEFIELD, W.L., *Heresy, Crusade and Inquisition in Southern France, 1100-1250*, Berkeley-Los Angeles-Londres, 1974, ap. I, pp. 195-198; y trad. fr. fragmentaria BERLIOZ, «*Tuez-les tous*», pp. 18-19.

⁹³² Obra de un monje coetáneo de la abadía de San Pantaleón de Colonia, MOLINIER, *Sources*, III, n.º 2.748, pp. 161-162.

⁹³³ Trad. fr. BERLIOZ, *Tuez-les tous*, pp. 54-55.

⁹³⁴ Célebre cisterciense renano cuya obra, conocida e importante, ha sido objeto de varios estudios, como los de BERLIOZ, J., «*Exemplum* et histoire: Césaire d'Heisterbach (v. 1180-v. 1240) et la Croisade Albigeoise», *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 147 (1989), pp. 49-86; y BERLIOZ, J., *Tuez-les tous. Dieu reconnaîtra les siens. La Croisade contre les Albigeois vue par Césaire de Heisterbach*, Portet-sur-Garonne-Toulouse, Loubatières, 1994.

De heresi Albiensium.

Temporibus Innocentii Pape predecessoris huius, qui nunc Papatum tenet, Honorii, durante adhuc schismate, quod erat inter Philippum et Ottonem Reges Romanorum⁹³⁵, diaboli invidia hereses Albiensium ceperunt pullulare, vel ut verius dicam, maturescere. Cuius vires erant tam valide, ut omne triticum fidei gentis illius versum videretur in Iolium erroris. Missi sunt Abbates ordinis nostri cum quibusdam Episcopis, qui zizania rastro catholice predicationis eradicarent. Sed obsistente homine inimico, qui illa seminaverat, modicum ibi profecerunt.

NOVICIUS: Quis fuit error illorum?

MONACHUS: Quaedam heresiarche eorum collegerant puncta ex docmate Manichei, quedam ex erroribus, que in Periarchon scripsisse ferter Origenes, plurima etiam, que de suo corde finxerant adiicientes. Duo credunt cum Manicheo principia, deum bonum et deum malum, id est, diabolum, quem dicunt omnia creare corpora, sicut deum bonum omnes animas.

NOVICIUS: Moyses et corpora et animas confirmat Deum creasse, dicens: «Formavit Deus hominem», id est, corpus, «de limo terre, et inspiravit in faciem eius spiraculum vite», id est, animam.

MONACHUS: Si Moysen et Prophetas reciperent, heretici non essent. Corporum resurrectionem negant; quicquid beneficii mortuis a vivis impenditur irrident; ire ad ecclesias, vel in eis orare, nihil dicunt prodesse. In his deteriores sunt Judeis et paganis, quia illa credunt. Baptismum abiecerunt; sacramentum corporis et sanguinis Christi blasphemant.

NOVICIUS: Ut quid tantas a fidelibus persecutiones sustinent, si nihil ex hoc in futuro retributionis expectant?

MONACHUS: Gloriam spiritus dicunt se expectare. Quidam supradictorum Abbatum monachus, cernens quandam militem in equo sedentem loqui cum aratore suo, hereticum illum estimans, sicut fuit, proprius accedens ait: Dicite mihi, probe vir, cuius est ager iste? Respondente illo, meus est; subiecit: Et quid de fructu illius facitis? Ego, inquit, et familia mea de eo vivimus, aliquid etiam erogo pauperibus. Dicente monacho, quid boni speratis de eleemosyna illa? Respondit miles hoc verbum: Ut spiritus meus gloriose pergat post mortem. Tunc monachus: Quo perget? Ait miles: Secundum meritum suum. Si bene vixit, et hoc apud Deum meruit, exiens de corpore meo, intrabit corpus alicuius futuri Principis, sive Regis, vel alterius cuiuslibet persone illustris, in quo delicietur; si autem male, corpus intrabit miseri pauperisque, in quo tribuletur. Credidit stultus, sicut et ceteri Albiensis, quod anima secundum meritum transeat per diversa corpora, etiam animalium atque serpentum. NOVICIUS: Foeda heresis.

MONACHUS: In tantum enim Albiensium error invaluit, ut brevi intervallo temporis infecerit usque ad mille civitates, et si non fuisset gladiis fidelium repressus, puto quod totam Europam corrupisset. Anno Domini millesimo ducesimo decimo⁹³⁶ predicta est contra Albienses in tota Alemannia et Francia crux, et ascenderunt contra eos anno sequenti de Alemannia Lupoldus Dux Austrie, Engilbertus tunc Prepositus, postea Archiepiscopus Coloniensis, et frater eius Adolphus Comes

⁹³⁵ Felipe de Suabia y Otón de Brunswick. El conflicto comienza en 1197.

⁹³⁶ 1209.

de Monte, Wilhelmus Comes Juliacensis, et alii multi diverse conditionis atque dignitatis. Simile actum est in Francia, Normannia atque Pictavia. Horum omnium predicator et caput erat Arnoldus Abbas Cisterciensis, postea Archiepiscopus Narbonnensis. Venientes ad civitatem magnam, que Biders vocatur, in qua plus quam centum millia hominum fuisse dicebantur, obsederunt illam. In quorum aspectu heretici super volumen sacri Evangelii mingentes, de muro illud contra Christianos proiecerunt, et sagittis post illud missis clamaverunt: «Ecce lex vestra, miseri». Christus vero Evangelii sator iniuriam sibi illatam non reliquit inultam. Nam quidam satellites zelo fidei accensi, leonibus similes, exemplo illorum, de quibus legitur in libro Machabeorum, scalis appositis, muros intrepide ascenderunt; hereticisque divinitus territis et declinantibus, sequentibus portas aperientes, civitatem obtinuerunt. Cognoscentes ex confessionibus illorum catholicos cum hereticis esse permixtos, dixerunt Abbati: «Quid faciemus, domine? Non possumus discernere inter bonos et malos» Timens tam Abbas quam reliqui, ne tantum timore mortis se catholicos simularent, et post ipsorum abcessum interum ad perfidiam redirent, fertur dixisse: «Cedite eos. Novit enim Dominus qui sunt eius». Sicque innumerabiles occisi sunt in civitate illa. Aliam itidem civitatem magnam, a re Pulchramvalem⁹³⁷ vocatam, que sita est iuxta Tholosam, virtute divina obtinuerunt. In qua populo examinato, cum omnes promitterent se velle redire ad fidem, quadrigenti quinquagenti in sua pertinacia indurati a diabolo permanserunt, ex quibus quadrigenti combusti sunt in igne, ceteri patibulis appensi. Idem actum est in ceteris civitatibus atque castellis, miseris se ultro morti ingerentibus. Tholosani vero artati, omnem promiserunt satisfactionem, sed ut postea patuit, in dolo. Nam perfidus Comes Sancti Aegidii, princeps et caput omnium hereticorum, omnibus sibi in Concilio Lateranensi abiudicatis, feodis videlicet et allodiis, civitatibus et castris, et ex maxima parte eisdem a Comite Simone de Fortimonte, viro catholico, iure belli occupatis, in Tholosam se transtulit, de qua usque hodie fideles vexare et impugnare non cessat. Et sicut hoc anno dominus Conradus Episcopus Portuensis et Cardinalis, contra Albienses missus legatus⁹³⁸, scripsit Capitulo Cisterciensi, quidam ex potentibus Tholosane civitatis quiddam tam horrendum in odium Christi et ad confusionem nostre fidei egit, ut etiam ipsos Christi inimicos movere merito debeat. Juxta altare maioris ecclesie ventrem suum purgavit, et palla altaris ipsas immunditias deterisit. Ceteri vero furori furorem adiicientes, scortum super sacrum altare posuerunt, in conspectu crucifixi eo ibi abutentes. Postea ipsam sacram imaginem detrahentes, brachia ei presciderunt, multo militibus Herodis deteriores, qui mortuo, ne eius crura frangerent, pepercerunt.

NOVICIUS: Quis non stupeat ad tantam patientiam Dei?

MONACHUS: Longanimis est enim et patiens redditor. Qui Damiatanos post victoriam⁹³⁹, eo quod crucifixi collo fune alligata, per plateas illum traxerunt, in collo et gutture tam terribiliter punivit, puto quia has blasphemias minime dissimulabit. Albienses antequam veniret contra eos exercitus Domini, ut supra dictum est, Miramomelinum Regem de Marroch in auxilium sibi invitaverant. Qui de Affrica in Hispanias cum tan incredibili multitudine venit, ut totam Europam se obtinere posse speraret. Mandavit etiam Innocentio Pape, quia equos suos in porticu eccle-

⁹³⁷ Lavour.

⁹³⁸ Cardenal en 1219, estuvo en el Languedoc entre 1220 y 1223.

